




INDEX SCHOLARUM

PUBLICE ET PRIVATIM

IN

ACADEMIA GEORGIA AUGUSTA

PER SEMESTRE HIBERNUM

A D. XV. M. OCTOBRIS MDCCCLXXXVIII USQUE AD D. XV. M. MARTIS
A. MDCCCLXXXIX

HABENDARUM.

Insunt epistulae imperatorum romanorum ex collectione canonum Avellana
a WILHELMO MEYER Spirensi editae. (II.)

GOTTINGAE
OFFICINA ACADEMICA DIETERICHIANA TYPIS EXPRESSIT.
WILH. FR. KAESTNER.

ACADEMIAE GEORGIAE AUGUSTAE
PRORECTOR
FERDINANDUS FRENSDORFF
CUM SENATU.

DE CODICIBUS. Libello ante hos quinque menses edito opinionem vulgatam[1]) omnes codices, quibus collectio canonum Avellana tradita est, manasse ex uno codice Avellano (Vatic. 4961, A) cum refutarem, nitebar lectionibus quibus in epistulis 1, 3—13 codices Avellanus et Vaticanus (3787, V) differunt paucissimis: epistulae 14—40, quas hoc libello editurus sum, multo plura argumenta exhibent, adeo ut quae meam sententiam probent selecta tantum proferam, quae arguere videantur integra:

Titulum epistulae 38 habet V, totum omisit AC, partem editiones[2]). titulum ep. 39 habet V integrum, *om.* A, abbreviatum habent C edd. A manu recenti. 15, 2 ordinationem alterius V: ord. altaris AC. 15, 6 quies V: qui res AC. 20[a] NOMINE V: non est AC 28, 3 XIII V: III AC 38, 6 commotionis V: communionis AC 40 tit. semper V: *om.* AC 40, 2 qui norunt V: quinorum AC 17, 6 displicere V: dispicere A 21, 3 monemus V: manemus A 24, 2 certantibus V: ortantibus A 25, 2 qui ea V: quia AC 31, 4 debebit V: debit A, debet C 34 tit. scriptum V: scriptorum A 35 tit. exemplum V (*ut semper*): exemplar A 38, 6 opibus V: operibus AC. minoris momenti lectiones (*ut* 29, 2 manante V: manente AC; 29, 3 compescerent V: compescent AC; 29, 4 ut quietem V: utque quietem A; 29, 4 quid V: quod A; 29, 4 sauciaverunt V: sauciaverint A; 29, 6 in periculum iudicum V: impericulum iudicium A) silentio praetermittam multas. Omnibus his locis codex Vaticanus integras, Avellanus pravas lectiones exhibet. At codex Avellanus integras lectiones exhibet has: 14, 1 Bonifatium A: Bonifacium V (*multis aliis locis* V Bonifatius: A Bonifacius); 15, 5 *et alias* V iuditii, provintiis *etc.* 15, 2 abscessum A: absessum V Manus antiqua, sed altera in codice Avellano emendavit lectiones, quas V et manus prima A pravas praebent has: 14, 1 famulatui V *et* A *ante corr.*: famulatu C *et* A *corr.*; 32, 3 *et* 4 illud V, A *man.* 1: illuc C, A *man.* 2.

Ergo codex Vaticanus lectiones emendatiores quam Avellanus tradit multas, dete-

1) Hanc opinionem et ipse P. Ewald (Neues Archiv 3, 150) professus est; at Maassenii opinionem, qua hanc collectionem a Gregorio Magno compositam esse putaret, ab eodem Ewaldio (Hist. Zeitschr. 1878, p. 156—160) aliis, sed non minus validis argumentis quam a me refutatam esse libenti animo vidi.

2) Inde patet editiones non niti uno codice Avellano.

riores nullas, atque eo res redit, ut codicem Avellanum ex Vaticano descriptum esse et codicem Vaticanum unum ducem statuamus in emendandis verbis harum epistularum[1]).

Edidit aliquot ex his epistulis Ant. *Carafa* (*Car.*) in Epistolis Pontificum Rom., Romae 1591; omnes *Baronius* (*Bar.*) in Annalibus ecclesiasticis sub a. 387, 33 et 65 (n⁰ 39 et 40), sub a. 404, 80 (n⁰ 38), sub a. 418 et 419 (n⁰ 14—37); quasdam *Coustant* in Epistolis Rom. Pontif. I, Paris 1721; multas aut a Symmacho aut ad Symmachum datas Iuretus epistulis patris subiunxit (in auctuario editionis a. 1604 n⁰ 19—31), qui idem aliquot locos sagaciter correxit; easdem Scioppius et Pareus ex Iureto descripserunt et depravarunt. quid quod nonnulli has epistulas a Symmacho patre oratore clarissimo compositas esse putarunt? A. Mai (Script. vet. n. coll. I, a. 1831, part. IV p. XXII. XXV. 44) de Symmacho filio disseruit et lectiones quasdam codicis **A** ('unici') protulit.

Codicem Vaticanum (**V**) a. 1874 ipse contuli, Avellanum (**A**) hoc anno amicus Aug. Mau; codicis **V** locos quosdam inspexit amicus Ernestus Monaci. epistulam 37ª collectionis Avellanae codicibus non traditam inserui, quippe ad quam Honorius ep. 37ᵇ responderit. ad epistulas 37ª et 37ᵇ edendas qui me iuverunt, eos ibi laudabo. rationem, qua epistulae collectione Avellana traditae sint, ab ratione, qua ceteris plurimis et antiquissimis collectionibus et codicibus canonum, multum distare ac differre, ad easdem epistulas 37ª et 37ᵇ docebo.

DE AETATE EPISTULARUM ET DE REBUS GESTIS. Epistularum 14—40 hoc libello editarum extremae ordine sunt antiquissimae.

Epistula **40** (§ 4) manifesto significantur Priscillianus sociique, qui a. 385 inter tormenta confessi sunt. quod cum 'adhuc proxime' factum esse dicatur, haec epistula potius cum Tillemontio et Coustantio ad a. 385, quam cum Baronio ad a. 387 vel cum Henr. Richter (Das westroemische Reich 375—388, p. 646) ad a. 386/7 referenda est.

Epistula **39** (§ 3 seqq.) significatur edictum 23. Ian. 386 propositum, quo Arrianis data est copia colligendi. scripta esse videtur epistula non ita multo ante bellum a Maximo illatum Valentiniano, hoc est ante mensem Septembrem anni 387.

Epistula **38** § 1 agitur de statua Eudoxiae argentea Constantinopoli extremo anno 403 collocata, § 3 de sacerdotibus male habitis festo die Paschae a. 404 et § 6 de Constantinopoli incensa mense Iunio a. 404. de statua illa Honorius iam aliis dicit litteris se commonuisse Arcadium; at quae sacratissimo Paschae die a. 404 acciderant, *nuper* accidisse dicit. ergo haec epistula altera parte anni 404 data est.

Ceteris epistulis (n⁰ **14—37**) agitur de discordiis seditionibusque, quibus post mortuum Zosimum duobus episcopis electis urbs perturbata est a. 418 et 419. vix reperias aliam causam, de qua conscriptae aeque multae epistulae sint servatae et rationem illam, qua imperium Romanum administratum sit, clare demonstrent. qua ipsa re apparet minime ab illo, qui circ. a. 560 collectionem Avellanam componebat, has epistulas ex tabulario

1) Cum in Bibliothecae Meermannianae tomo IV (1824) p. 86 legissem codici no. 512 additas esse 'Symmachi aliorumque ad Honorium Constantiumque epistolas cum horum rescriptis', illi penes quos codices Meermanniani nunc sunt magna cum liberalitate me docuerunt, codice Phill. 1717 (= Clarom. 504 = Meerm. 512) contineri decem libellos plerosque ab ipso Sirmondo descriptos; addita esse post fol. 217 decem folia, quibus contineantur epistulae collectionis Avellanae 14—36 et tituli atque initia epistularum 37ª et 37ᵇ, omnia ab ipso Sirmondo conscripta. ultima verba epistulae 14 quia adsunt, Sirmondum codice aliquo usum esse apparet.

episcopi Romani singulas hinc inde depromptas esse. quo modo multas harum epistularum (e. gr. relationes a Symmacho ad Honorium missas, Honorii epistulas ad episcopos Afros et ad Largum proconsulem Africae, Largi ad episcopos Afros datas) in tabularium episcopi Romani illatas esse putemus? immo paulo post discordias Eulalii et Bonifatii finitas aliquis harum rerum studiosus epistulas quotquot poterat de eis conscriptas collegit; qui fasciculus epistularum saeculo sexto p. Chr. n. collectioni Avellanae insertus est.

Haec opinio probatur titulorum epistulis praepositorum ratione. epistulas enim qui scribebant, alterum titulum praemittebant, alterum (nisi forte ad humiles homines litteras dabant) inserebant: confer titulum epistulae 32 praemissum: *Domino semper illustri et cuncta magnifico meritoque sublimi ac praecelso patrono Constantio Symmachus* (*P. U.*) [1]; deinde insertum (§ 2): *domine semper illustrissime et sacratissime magnifice meritoque sublimis ac praecelse patrone* [2]).

Hi tituli in epistulis integris plene perscripti erant; at ex illis, qui plurimas epistulas describebant et in unum cogebant, multi eadem verba iterum iterumque scribere nolebant, sed aut compendiis utebantur (ut ep. 6. 7. 8. 10. 11 p. k. a. a. = parens karissime atque amantissime) aut partem tituli aut totum omittebant; ut relationibus 14 et 34 inserti sunt tituli integri: *domini imperatores Honori et Theodosi pii felices inclyti victores* (*triumphatores* 34) *semper Augusti:* at relationibus 16 et 19 abbreviati: *domini imperatores.*

Ad titulos praemissos epistulis **3—13** quod pertinet, epp. 3—6 et 13 nomina imperatorum servata sunt (e. gr. *Valentinianus Valens et Arcadius Augusti Salustio P. U.*), at epp. 7—12 nil nisi *Idem Augusti* (*Praetextato P. U.*)[3]). Plane diverso modo tituli habiti sunt, qui praemissi erant epistulis **14—37**. omnibus his epistulis tituli ficti praemittuntur: aut 'exemplum litterarum (relationis, precum) *illius* ad *illum*' (14—17. 20. 22. 31—35) aut 'epistola *illius* ad *illum*' (25—28. 30. 36. 37) aut 'oratio, edictum, relatio *illius* ad *illum*' (23. 24. 29)[4]). qui hos titulos mutavit, idem epistulae 18 pauca, epistulae 21 plura praefatus omisit titulos, idem toti fasciculo epistularum argumentum praenotavit (ante ep. 14). Ergo epistulae 14—37 neque ab illo qui epistulas 3—13 collegit neque ab illo, qui collectionem Avellanam condidit, collectae sunt, sed et inscriptae et collectae non multo post a. 419 ab homine rerum ipsarum de quibus his epistulis agitur studioso.

Iam ex ipsis epistulis **14—37** ordinem ac seriem rerum gestarum expositurus sum.

---

1) Loco tituli praemitti videntur verba ep. 4. *Have Piniane carissime nobis* et ep. 5. *Have Praetextate karissime nobis.*

2) De titulis relationum Symmachi patris egi in appendice editionis quam a. 1872 paravi; inde pendent, quae Seeckius singulis relationibus adnotavit; neque enim illi credo Symmachum ipsum relationibus suis edendis pravos stultosve titulos praemisisse.

3) Multis epistulis praepositus est index *argumenti*, e. gr. relationi Symmachi patris tertiae DE IDOLATRIA DEFENDENDA; item his epistulis 4—7; 34. 37. 38. 39. cum in nonnullis argumentis res indicentur, quae in ipsis epistulis indicatae non sint, apparet antiquissimis temporibus ab hominibus rerum peritis illa conscripta esse; cf. ep. 5 nomen Ursini; ep. 6 nomen Sicinini; ep. 13 de rebaptizatoribus; ep. 38 de persona Johannis episcopi Constantin.

4) Etiam epistularum 29. 32. 35. 36. 37 titulis genuinis ficti praepositi sunt. in mutandis titulis epistularum 27 et 28 erratum esse postea ostendam.

Anno 418 mense Decembri.

Zosimus episcopus qui gravi incommodo laborarat, secundo die post ingressum Symmachi P. V. in urbem mortuus est (14, 1).

Statim Symmachus populum alloquendo commonuit, deinde corporatos, officium, maiores regionum (14, 2).

(27.) die Dec.: Zosimus sepultus est via Tiburtina VII kal. Ianuar. (*sic Liber pontificalis ed. Duchesne p. 225*; *sed Duchesne correxit*: VI kal. Ianuar. *nam*) (27.) Dec. Eulalius ad ecclesiam Lateranensem de exequiis prioris episcopi a populo et a clericis est adductus (14, 3): quoniam Lateranensem ecclesiam obstrusis paene omnibus ingressibus Eulalius contemptis impie summi sacerdotis exsequiis diaconibus et paucissimis presbyteris ac multitudine turbatae plebis obsederat, sacerdotes partis Bonifatii, qui plures in unum convenerant, ut de constituendo successore Zosimi tractarent (17, 2. 1),

(28. die Dec.) altero die ad eandem ecclesiam, ubi prius ab omnibus fuerat constitutum habita omnium collatione properarunt ibique participato cum christiana plebe consilio Bonifatium veterem presbyterum acclamatione totius populi et consensu meliorum civitatis episcopum elegerunt (17, 2 *et* 3). subito aliquanti presbyteri cum Bonifatio ad Theodorae ecclesiam collecto populo properarunt ibique habito tractatu ipsum ordinare velle coeperunt (14, 4). Eulalius in ecclesia Lateranensi per biduum (*27. 28. Dec.*) cum maxima multitudine et cum pluribus sacerdotibus remoratus est, ut expectaretur dies consuetus, quo posset sollemniter ordinari (*dies dominicus 29. Dec.*; 14, 3). Symmachus presbyteros partis Bonifatii ad se depoposcit et residens cum v. c. tribuno Sereniano admonuit, ne quid temere fieri paterentur (14, 5). Eulalius per tres consacerdotes (partis Bonifatii) ex multorum auctoritate conventus est, ne quid sibi temere praeter conscientiam cleri maioris assumeret; sed hi, qui ad prohibendum cum litteris venerant, male accepti ac diversae custodiae mancipati sunt (17, 4).

(29 die Dec., die dominico): Bonifatius sub intentione cum Eulalio ordinatur uno die et fuit dissensio in clero mens. VII d. XV (*?ab 29. Dec. usque ad 3. Apr.*). Eulalius vero ordinatur in basilica Constantiniana, Bonifatius autem in basilica Iuliae. (*Liber Pontific. p.* 227; *Duchesne* p. LXII *basilicam Constantinianam eandem esse dicit quam Lateranensem*, *sed basilicam Iuliae errore interpolatam esse ex vita Bonifatii II*: Dioscorus ordinatur in basilica Constantiniana, Bonifatius vero in basilica Iulii). Eulalium in ecclesia Lateranensi expectasse diem consuetum (*dominicum*, *29. Dec.*), quo posset sollemniter ordinari, *refert Symmachus* (14, 3), *at Bonifatiani* (17, 4) circumventis paucissimis presbyteris, exhibito etiam cum aliis Ostiensi episcopo, quem prope mortuum constat accitum (nam tractum esse nolentem senis aegritudo testatur), in locum sibi non debitum per ambitum proruisse. Bonifatius divinae institutionis ordine consecratus est: nam subscribentibus plus minus LXX presbyteris, astantibus novem diversarum provinciarum episcopis benedictionem competenti tempore (*h. e. die dominico*) constat fuisse celebratam; ac post omnia quae sollemnitas exigebat impleta sunt (17, 3). Bonifatium in ecclesia Marcelli ordinandum esse duxerunt atque cum eo ad S. apostoli Petri basilicam processerunt (Symm. 14, 6). *Eodem die* (N° **14** data IIII kal. Ian.) *Symmachus de hac discordia ad Honorium rettulit* et gesta acclamationum populi subiecit. Falsidicam *vocant* hanc relationem Bonifatiani (17, 5).

Mense Ianuario a. 419.

3. die Ian. N°15 (data III Non. Ian.): Honorius *rescribit* ad Symmachum: convenire votum et studium suum circa Eulalium (§ 4); Bonifatium interdicta confestim urbe prohibendum (§ 5) et in auctores plebeiae seditionis cum sociis vindicandum esse (§ 5); dirigit Afrodisium v. c. tribunum et notarium (§ 6). § 3 *Honorius dicit* auctores electionis Bonifatii hoc tamen genere ad veniam pertinere, quod lapsum cito proprium contuentes ad deprecandi suffragium sint relapsi, ignosci sibi super id quod vim perpessi conquesti sint postulantes 15, 3; *etiam* 15, 4 factum suum ipsos, qui praesumpserant, videri admotis damnasse precibus *Honorius ait*: *at egregie eum errasse epistula* n° 17 *demonstrat*; *certe deprecationis illius nusquam alibi fit mentio.*

5. (6?) die Ianuar. *Sexto die Ianuarii iam illa aetate Epiphania celebrabatur*; *sed cum rescriptum* n° 15 *3. die Ianuarii datum 5. die Ian. mane Romam perlatum esse possit*, *ego simplicia Symmachi verba* (16, 3) sancti diei erat celebranda sollemnitas *refero ad diem dominicum* (*5. Ian.*). *Huius igitur diei*, *inquit Symmachus* (16, 3—6), eo tempore cum sacra perlata esset auctoritas, quo sancti diei erat celebranda sollemnitas, statim misso primiscrinio Bonifatium ut ad me veniret admonui quod praeceptum fuerat agniturum, ac se a processione abstineret· conventione contempta processit atque eum, quem direxeram, dedit populo verberandum. ad S. ap. Paulum, quo convenerat, sacrae exemplaria et partem officii direxi. sed remeans ad urbem cum populo statim ad portas tam contubernales quam apparitores occurrentes contempsit atque violenter urbem ingressus est: a certa urbis parte pluribus occurrentibus turba quae comitabatur dispersa, ipse repulsus et extra murum deductus est. Eulalius eo die paene cum omni multitudine ad S. ap. Petri basilicam sollemnia celebrabat' (16, 7).

8. die Ianuar. N° 16 (data VI Id. Ianuar.): Symmachus *ad* Honorium *refert*, *quae 5.* (*6?*) *Ian. die gesta erant*, relationi universa subiciens, quae populus Rom. (*pars Eulalii*) publico gaudio diversis acclamationibus agens gratias principi credidit publicanda (16, 7); Bonifatium non longe ab urbe remorari; 'qui ne occulte per noctem ingressus urbem ad ecclesiam convolaret, contubernales et apparitores 4 illic (*h. e. ubi remoratur*) sine iniuria eius observare disposui (16, 6). Res novi exempli et maximae contentionis .. cum totius multitudinis quiete finita est' (16, 2).

6.—13. die Ianuar. N° 17 *precibus ad Honorium datis Bonifatiani res 27.—29. Dec. gestas narrant* (17 § 1—4); Honorium falsidica relatione (ep. 14) deceptum *dicunt* nescio quid in iniuriam divini iudicii sanxisse (ep. 15); petunt, ut removeri priora constituta iubeat atque Eulalium cum auctoribus suis ad comitatum suum deduci; se omnes cum Bonifatio ad discussionem causae adfuturos esse (17, 5). *Has preces verisimile est Bonifatianos ad Honorium destinasse statim post publicatum edictum* (n° 15): *ergo 6. vel 7. die Ianuarii; accedit, quod Honorius in litteris 15. die Ian. datis* (18, 1) *allegationem presbyterorum delatam esse dicit* post relationem (n° 14, *3. Ian. datam*) *Symmachi. preces si 8. die Ian. aut postea datae essent*, *dicere debuit* post relationes (n° 14 *et* 16 *8. die Ian. datam*) se accepisse.

15. die Ianuar.: N° 18 (data XVIII kal. Febr.) *Honorius rescribit ad Symmachum*: omnia superius decreta (ep. 15) suspenduntur (18, 3); Bonifatius et Eulalius cum suis vocantur intra diem 8. Febr. Ravennam (18, 3 *et* 4); ex diversis provinciis *ait* competentem numerum sacerdotum acciri ad iudicium, cuius 'exemplum docebit, quid in eius-

modi negotiis observari debeat in futurum' (18, 5). Detulit hoc edictum v. c. Aphthonius decurio sacri palatii (*cf.* 18 *subscr. et* 19, 1).

17.—25. die Ianuar.: sacram iussionem (n° 18) *acceptam* (*circ. 17. Ian.*) Symmachus statim conventis proceribus publicavit et Bonifatium atque Eulalium et clericos eorum admonuit (19, 2). *Bonifatius certe in urbem rediit.* propter seditiones Symmachus singulos admonitione missa convenit, ne ad unam ecclesiam convenirent et inter se multitudo confligeret. itaque utraque pars eum contestationibus appetiit (19, 3).

25. die Ianuar.: N° **19** (data VIII kal. Febr.) *Symmachus quae inde ab 17. Ianuar. Romae gesta sint* (19, 2. 3) *refert et quae Bonifatiani atque Eulaliani contra eum obtulerant actis inserta transmittit* (19, 3).

Mense Februario a. 419.

8. die Februarii *synodus Ravennam convenisse videtur* (18, 3), *quam Honorius allocutus* (ep. **20**) *ordinem iudicii constituit.*

Mense Martio a. 419.

Inde ab 8. *die* Februarii *usque ad circ.* 14. *diem mensis* Martii *Ravennae* aliquotiens iterata cognitio est. verum cum longiores moras examinatio afferret et plura inquisitio iudicum diligens inveniret, quibus finis citus non posset imponi et festorum dierum celebritas celeritatem definitionis exposceret, Honorius ne quid temerarium promeret, rem omnem credidit differendam (23, 2; cf. 21, 1. 24, 2). Synodus inter se dissentiens causam terminare non potuit (20[a]; *cf.* 26, 1. 28, 1).

Tria tamen haec synodus constituisse videtur: 1) ordinatione Honorii et sententia episcoporum, consensu etiam partium et professione definitum est, ut sciret se specialiter esse damnatum, quicumque ad incitandum populum urbem fuisset ingressus (33, 2); uterque a sacratissimae urbis conversatione seiunctus *esset*, spatio quo contineretur alteruter evidenter expresso (31, 1; *cf.* 32, 4 ubi iussus fuerat Eulalius residere); ne in medio tempore quidquam praesumeretur (35, 2). Interim propter dies qui inminebant S. Paschae utrosque Bonifatium scilicet et Eulalium ab urbe iussit (Honorius) abscedere (20[a]), *sed*

2) quia de sacerdote nihil poterat definiri, ut ad honorem sacrae urbis praesto esset sollemnitas sacerdotis, temporarie electus est Achilleus Spolitinus episcopus, qui reverenda sacris diebus mysteria celebraret (24, 3; *cf.* 21, 2. 22. 23, 3. 29, 2. 31, 6 *et* 20[a]).

3) *quamquam Honorius in epistulis* 21, 1. 22, 1, 23, 2. 3 *tantummodo* ***dilatum*** *esse iudicium dicit*, *tamen partem synodi apparet maius concilium postulasse*: coeptum super hac discussione iudicium minor numerus sacerdotum, quam synodi consuetudo deposcit, in plures doctissimosque viros prorogavit (27, 1); cum episcopi de tanto negotio paucos se aestimarent ad sententiam proferendam, placuerat sicut sacri apices cucurrerunt, ut ex Africanis vel Gallicanis provinciis plures episcopi commearent . . id quod nostra sententia ordinaverat vel quod statuisse synodi sententia videbatur (35, 2; *cf.* 26, 1 contentio a paucis non potuit terminari et ideo multorum necessarium constat

1) *Liber pontificalis commemorata contentione Eulalii et Bonifatii synodum Ravennatem silentio praeteriens pergit* 'Eodem tempore ambo Augusti missa auctoritate hoc praeceperunt ut ambo exirent civitate. qui cum pulsi exissent, habitavit Bonifatius in cymiterio sanctae Felicitatis martyris via Salaria, Eulalius vero in civitate Antio ad S. Hermen.

esse iudicium *et* 24, 3 ad integrum sacerdotum numero pleniore concilium omne negotium constituimus differendum). *itaque iam paucis diebus post solutam synodum Ravennatem maior ad Spolitinam civitatem convocata est* (26 *etc.*).

(15. die Martii) Nº **21** *Honorius ad Symmachum rescribit*: iudicium nondum terminatum (21, 1); interim Achilleum Romam destinatum (21, 2); regionum primatibus (vel prioribus) evocatis quieti publicae prospiciat (21, 3).

(15. die Martii) Nº **22** *Honorius ad Achilleum*: dilato iudicio ipse Romae Pascham celebret; ne umquam ulla Eulalii vel Bonifatii mentio fiat.

15. die Martii Nº **23** (data Id. Mart.) *Principis oratio ad Senatum*: iudicio dilato Romam missum esse Achilleum cum quiete excipiendum.

15. die Martii Nº **24** (data Id. Mart.) *Principis edictum ad populum*: ad concilium sacerdotum numero pleniore omne negotium dilatum esse; sacerdotem interim Romam missum placidis animis accipiant; favor proprius circa nullum qui notetur appareat; seditiosis imminere periculum salutis.

Cum epistulis 21 *et* 22 *plane eadem quae epistulis* 23 *et* 24 *contineantur*, *eodem die omnes datas esse apparet; accedit*, *quod epistulam* nº 22 *ante* 17. *diem Martii necesse est datam esse*, *de qua nuntius iam* 18. *die Martii ad Symmachum perlatus sit* (29, 2).

Epistulae Romam datae (nº 21. 23. 24) *non possunt perlatae esse iusto tempore h. e.* 17. *die Martii. nam* 23. *die Martis neque Symmachus neque populus Rom. de iis rebus, quae epistulis* 21. 23. 24 *continentur, certiores facti erant. die enim* 23. *Martii Symmachus* (29, 1) *adventu Achillei vocat* populum rationis ignarum insperata novitate perturbatum, *deinde* (29, 3) Achilleum exspectatum esse *dicit*, ut quae iussa fuissent publicaret, *tum* (29, 4) populum convenisse, ut quid praeceptum de episcopo Spolitano esset agnoscerent; *postremo* (29, 2) *affirmat* praeceptum Achilleo datum penitus se ignorasse nec (29, 6) aliqua ad se ab Honorio data, quae sequeretur, praecepta venisse.

18. die Martii: Eulalius XV. kal. April. urbem meridianis horis ingressus est Symmacho nesciente, qui credidit eum aliquod secum pertulisse praeceptum (29, 2). Veniens autem dies proximus Paschae praesumpsit Eulalius, eo quod ordinatus fuisset in basilica Constantiniana et introivit in urbem (*Liber pontificalis*).

Eodem die circa vesperum Achilleus missis litteris Symmachum admonuit, quod sacra ad se manante in urbe diem sanctum Paschae iussus sit celebrare, quod praeceptum Symmachus ante penitus ignoravit (29, 2).

16—20 die Mart.: Nº **25**: *Honorius* ad Paulinum Nolanum; Paulinus, *qui propter* corporis inaequalitatem itineris non potuerat iniuriam sustinere *ideoque priori synodo defuerat*, *magnis cum laudibus novae* synodo praefuturus *evocatur*.

16—20 die Mart.: Nº **26**: *Honorius* ad episcopos Afros: *cum causa* a paucis non potuerit terminari, multorum necessarium esse iudicium; ergo properent intra diem Iduum Juniar. (?) ad Spolitinam civitatem.

(20. die Mart.): Nº **27**: idem (?) princeps ad Aurelium Carth. ep.: certamen adversus papam indictum minor sacerdotum numerus non potuit terminare et iudicium in plures prorogavit. 'quamvis sufficere domni germani mei Augusti principis scripta (nº 26) potuerunt, etiam mea, quibus adventum tuum precarer, adiunxi'.

20. die Martii: Nº **28** (data XIII kal. April. Ravennae): eiusdem (?) ad Augustinum etc. epistula uniformis: ad conflictum vitiorum adversus papam *terminandum* etiam

ex transmarinis regionibus episcopi ut iudicare possint expetuntur. 'quamvis sacra domini germani mei Augusti principis ad Italiae synodum convocans auctoritas pervenerit, socianda nostra scripta iudicamus, quibus precor ut aspectum tuum concedas'.

Epistula 27, *quae plane consentiat cum ep.* 28, *certe eodem die quo ep.* 28 *data est. Epistulas* 25 *et* 26 *post 15. diem Martii, sed, cum ep.* 26 *commemoretur in ep.* 27, 2 *et* 28, 3, *ante epistulas* 27 *et* 28 *datas esse necessarium est. iam lectio ex codice Avellano vulgata, epistulam* 28 *datam esse 30. die Martii, temporum rationi magnas difficultates adferebat, quas egregie removet codex Vaticanus. ergo ep.* 28 *data est 20. die Martii; eodem die ep.* 27; *aut eodem aut proxime antecedentibus, diebus epp.* 25 *et* 26.

Baronius, *qui secundum codicum inscriptiones epistulas* 25—28 *ab Honorio datas esse dicit, addit* (419, 24) 'quod autem ait, alias ante litteras esse datas ad ipsos episcopos per germanum suum Honorius, Constantium intelligit, cui sororem suam Gallam Placidiam dedit uxorem eundemque in collegam imperii cooptatum germani habuit loco'. *ab hac opinione res dissentiunt. nam anno* 421 *demum Constantius ab Honorio in consortium imperii assumptus est. et ratio qua Symmachus Constantium salutat (ep.* 29 *et* 32 *tit. et* § 2) *et verba, quibus Constantius Honorium significat* (domni invictissimi principis affatus 30, 1) *demonstrant anno* 419 *neque Honorium a Constantio neque Constantium ab Honorio appellatum esse* 'domnus germanus meus Augustus princeps'. *deinde ex Baronii opinione amissae essent epistulae Constantii. quis autem negabit in ep.* 27, 2 *et in ep.* 28, 2 *significari epistulam* 26? *Ergo epistulae* 27 *et* 28 *non ab eodem a quo epistulae* 25 *et* 26 *datae sunt. sed epistulae* 25 *et* 26 *non datae esse non possunt ab ipso principe. quem ergo putabimus epistulas* 27 *et* 28 *dedisse? Gallam Placidiam Honorii sororem germanam. mulierem intervenisse tali rei non est cur miremur.*

20. die Martii: cum Eulalium (18. die Martis) urbem ingressum tertia die secutus esset Achilleus episcopus Spolitinus, commotio extitit populorum et Bonifatii pars ad forum militari habitu convenit. Symmachus convocatis proceribus ut populum alloqueretur processit: at pauci convenerunt (29, 6. 1. 3). deinde in foro Vespasiani multitudo, cuius maior pars in servis fuit, armata telis et saxis, aliquanti etiam ferro populum partis Eulalii inermem aggressi sunt et Symmachum atque vicarium, ut vix possent evadere (29, 4. 5).

Supra (p. 9) *ex verbis relationis 23. die Martii datae* (29, 1. 2. 3. 4. 6) *demonstravi, per alicuius neglegentiam epistulas n*⁰ 21. 23. 24 *ipso 23. die Martii nondum perlatas fuisse Romam. cum igitur neque Symmachus neque populus Romanus intellegeret, quid sibi vellet Eulalii et Achillei ingressus, absentia Bonifatii, seditio orta est.*

23. die Martii: N⁰ **29** (data X. kal. April.): *Symmachi relatio ad Honorium: narrat, quae 18. et 20. die Martii gesta sint; petit, ut* princeps celeri responso, quid fieri debeat, ante diem Paschae iubeat, cum minentur se populi invicem pugnaturos, dum (*die Paschae*) de Lateranensi basilica alterutrum se aestiment excludendos (29, 7).

(26. die Martii): N⁰ **30**: *Constantius ad Symmachum*: dirigit Romam cancellarium Vitulum, ut rescriptum principis ad Symmachum vel ad populum celeri festinatione deferat; monet, ut praecepta celeri effectui tradantur.

26. die Martii: N⁰ **31** (data VII. kal. April. Ravennae): *Honorius ad Symmachum*: praeceptis divinis, ne aut Eulalius aut Bonifatius urbem ingrederetur, dum iudicium finiretur, publicum paene bellum ab Eulalio indictum est (31, 1. 2). itaque Eulalius

omnimodis ab urbe urgeatur; aliter non solum de statu suo, verum etiam de salutis discrimine iudicium iam prolatum est (31, 3. 4); et clerici et laici, qui communionem cum Eulalio expetierint, graves poenas dabunt (31, 5). Paschae diebus ne cui alii nisi Achilleo Lateranensis ecclesia tradatur (31, 6). haec praecepta publicentur; officio Symmachi, nisi enixa opera haec exequatur, multam vel supplicium minatur (31, 7).

Epistula 30 *cum epistulae* 31. *adiuncta sit certe eodem 26. die Martii data est.*

28. die Martii: ea die, qua principis praecepta (a Vitulo celeri festinatione ep. 30) ad Symmachum perlata sunt, vespertinis horis per officium urbanum Eulalio innotuerunt, nec tamen instanter admonitus exire curavit (32, 1. 2).

29. die Martii (*die ante festum Paschae*) Eulalius alia die etiam (*iam*) nocturnis horis per omnem apparitionem admonitus collecta multitudine Lateranensem basilicam invadit; tandem inrumpentibus pluribus corporatis et maioribus regionum de eadem ecclesia fugatus, de urbe expulsus est atque adiunctis apparitoribus illuc directus, ubi iussus fuerat residere. partis Eulalii aliquanti capti sunt clerici seditionis auctores (32, 3. 4. 5). ad custodiam basilicae Lateranensis apparitoribus appositis mandatum, ut Achilleus cum quiete sacra celebraret (32, 5).

Relationem ad Constantium N° **32** *dubium non est quin Symmachus eodem die horis postmeridianis composuerit. nam provisum esse ut festi dies cum quiete celebrentur*, *refert*; *at posteriore aliquo die, quomodo dies festi transacti essent, ei referendum fuit.*

Mense Aprili a. 419.

3. die April. N° **33** (data III. Nonas April.): *Honorius ad Symmachum*: cum sciret se specialiter esse damnatum, quicumque urbem fuerit ingressus, recte Eulalium post tot admissa constat urbe depulsum (33, 2. 3); at Bonifatium urbem ingredi debere statuit (33, 3).

7. die April.: N° **35** (data sub die VII. Id. April.): *Honorius ad Largum* proconsulem Africae: Eulalium urbe expulsum ac Bonifatium episcopum roboratum esse; episcopos de his proconsul certiores factos admoneat, ut quisque in ecclesia sua orationibus vacet.

8. die April.: Principis rescriptum N° 33 cum a Symmacho acceptum (VI. Id. April.: 33 *subscr.*) et recitatum esset populis atque edictis ex more ubique positis publicatum, favor ac laetitia totius extitit civitatis (34, 2).

10. die April. Interiecto biduo Bonifatius urbem ingressus est omni occurrente plebe et officio praefecti (34, 3).

post 10. diem April. Symmachus relationem (N° **34**) composuit.

circ. 20 die April. (*postquam n*° 35, *7. die April. data epistula in Africam perlata est*), N° **36**: *Largus proconsul ad Aurelium* episc. Carthag.: Cum Bonifatius episcopus firmatus sit, episcopis navigationis adempta est necessitas.

Mense Iulio (anni 420?).

N° **37ᵃ** (Data Kal. Jul.): *Bonifatius papa ad Honorium*: quamvis adhuc corporis incommoditate detineatur, tamen se precari, ne discordia ecclesiam distrahat, ut conferat fratribus et consacerdotibus ad eum missis.

Baronius aliique epistulam 37ᵃ *ad a.* 419 *rettulerunt. at cum Bonifatius 13. die Iunii a.* 419 *litteras dederit ad episcopos*, *itaque tum non* ‘gravi incommodo laboraret’, *Constantius probabilius ad a.* 420 *rettulit.*

N⁰ 37: *Honorii rescriptum ad Bonifatium: gratulatur quod* sanitati redditus sit; per revertentes sacerdotes ut pro se oret precatur; per papam ad cunctorum clericorum notitiam vult ut perveniat: 'si duo forte contra fas temeritate certantum fuerint electi, nullum ex his futurum sacerdotem, sed illum, quem nova ordinatione divinum iudicium elegerit'.

DE MODO ELIGENDI PAPAE. Quae epistulis 14—37 de modo eligendi episcopi Romani traduntur, ut maximi sunt momenti, ita ab hominibus doctis [1]) parum diligenter investigata sunt. itaque breviter haec excutiam. Secundum morem atque ipsam religionis disciplinam cum episcopus Romanus ordinabatur, omnia finiebantur tractatu clericorum. post exequias prioris episcopi (eodem die ut videtur) clerici convenerunt in ecclesiam Lateranensem; ibi communi iudicio elegerunt plures episcopum cum acclamatione populi et cum consensu meliorum civitatis. insequenti die dominico in eadem ecclesia consecratus est subscribentibus presbyteris, qui elegerant, adstantibus episcopis aliarum provinciarum, episcopo Ostiensi benedicente. tum processit cum populo Romano. iam omnia finita erant.

Singulas res illustraturus sum ex ipsis epistulis, imprimis ex ep. 17, 1—4: modus eligendi episcopi non videtur dilucide constitutus fuisse; nam praeter legem commemoratur consuetudo: 15, 2 *cum plena omnia quae regula catholicae posceret disciplinae, successoris confirmatio custodiret.* 14, 5 *ne contra sacrae legis ordinem venirent aut contra consuetudinis rationem.* 15, 6 *episcopum secundum veterem consuetudinem observata sacrae legis mysteria susceperunt.* 17, 1 *ut fieri mos volebat atque ipsa religionis disciplina dictabat.* Omnia ad iustam ordinationem necessaria complectitur Honorius, cum, *Eulalio, inquit* 15, 4, *competens* numerus *ordinantum, legitimi sollemnitas* temporis loci*que qualitas* *recte venerandi nominis apicem contulerunt.* De exequiis *prioris episcopi Eulalius ad ecclesiam Lateranensem a populo et a clericis adductus est* 14, 3: eodem die Bonifatii pars eandem ecclesiam intrare voluit (17, 1. 2): ergo eodem die in basilicam Lateranensem convenire solebant; sed Ursinus (1, 5) in basilica Iuli, Damasus in Lucinis electus erat. *Ut* clericorum tractatu *omnia finirentur,* Symmachus *populum commonuit* (14, 2); alias sacerdotes, presbyteri vocantur; presbyteri et diacones Ursinum elegerant (ep. 1, 5). Eligunt vel adsciscunt (16, 1. 17, 2. 3) plures: competens numerus *ordinantum* 15, 4. plures *convenimus sacerdotes* 17, 1. *communi iudicio concinens* multitudo 15, 2. aliquanti *presbyteri* 14, 4. paucorum *insolentia* 15, 1. *cum* pluribus *sacerdotibus* 14, 3. paucissimis *presbyteris* 17, 2. *Eulalius praeter conscientiam cleri* maioris *circumventis paucissimis presbyteris electus est* 17, 4. Maioris partis *voluntas hoc est* dei iudicium 17, 5 vel *sententia* divina (17, 4) vel 'divinum *iudicium* (*nam divinum est, quidquid tantorum confirmat electio*' (cf. 14, 2. 17, 2). Ut haec res magis consuetudinis fuisse videtur, ita de merito electi vel de electione inmeriti vel de vita sancta quaerenda si verba fiunt (15, 2. 18, 4. 27, 1. 28, 1. 2), hoc praeceptum fuisse puto ipsa lege catholica (18, 4); nam *vitia respuit divinae religionis sacrosancta praeceptio* (27, 1). Populus in eligendo episcopo saepius praesens inducitur: 14, 2 *populum commonui, ne se rebus disponendis misceret turbatio popularis.* 14, 3

1) Ottokari Lorenz graves errores (Papstwahl u. Kaiserthum 1874 p. 13—17) R. Zoepffel (Histor. Zeitschr. 1877, I, p. 125) refutavit.

Eulalius a p o p u l o *et a clericis ad ecclesiam Lateranensem adductus ibi per biduum cum maxima* m u l t i t u d i n e *et cum pluribus sacerdotibus remoratus est.* 14, 4 *presbyteri cum Bonifatio collecto* p o p u l o *ad Theodorae ecclesiam properarunt.* ibi (17, 2) *participato cum christiana* p l e b e *consilio, quem deus iussit,* (sacerdotes) *elegimus. nam Bonifatium* a c c l a m a t i o n e t o t i u s p o p u l i e t c o n s e n s u m e l i o r u m c i v i t a t i s *ascivimus.* Sic ep. 1, 5 *presbyteri et diacones cum* p l e b e *sancta .. coeperunt in basilicam Iuli procedere et Ursinum pontificem ordinari deposcunt* et ep. 4 princeps non commemorat tractatum clericorum, sed tantummodo a c c l a m a t i o n e s p o p u l i, *quibus Siricium probarunt, violarunt Ursinum.* acclamationes populi et consensus singulorum principum civitatis manifesto sequebantur atque confirmabant electionem clericorum.

C o n s e c r a t i o vel b e n e d i c t i o (17, 3) vel sollemnis ordinatio (14, 3) d i e d o m i n i c o peragebatur, proxime insequenti electionem Eulalii et Bonifatii, at Damasi septem diebus post Ursini (1, 6). Damasus per vim b a s i l i c a m L a t e r a n e n s e m tenuit et ibi ordinatus est (1, 6); item Eulalius (17, 2); Bonifatium ecclesia Lateranensi exclusum esse sui conqueruntur (17, 2): ergo sollemnis l o c u s erat ecclesia Lateranensis; quam episcopi sedem propriam fuisse etiam inde patet, quod festos paschae dies celebraturi *minantur se populi invicem pugnaturos, dum de Lateranensi basilica alterutrum se aestimant excludendos* (29, 7). *Bonifatius divinae institutionis ordine consecratus est; nam subscribentibus plus minus septuaginta* p r e s b y t e r i s (i. e. qui elegerant), *astantibus* (honoris causa) *novem diversarum provinciarum* e p i s c o p i s *benedictionem competenti* t e m p o r e *constat fuisse celebratam* (17, 3). Eulalius (17, 4) consecratus est *exhibito cum aliis* O s t i e n s i *episcopo, quem prope mortuum constat accitum (nam tractum esse nolentem senis aegritudo testatur). episcopi quos interfuisse Bonifatii aut Eulalii ordinationibus constat vel postea subscripsisse* memorantur ep. 20, 2. *Ursinum Paulus* T i b u r t i n u s *episcopus* benedixerat (1, 5). *P o s t* (b e n e d i c t i o n e m) *omnia quae sollemnitas exigebat impleta sunt* (17, 3): cum Bonifatio sui *ad S. apost. Petri basilicam* p r o c e s s e r u n t (14, 6). quibus in processionibus maxima pars p o p u l i erat: itaque cum Felicem clerus *cum summo periurii scelere episcopum suscepisset, populus Romanus, cui hoc factum displicuit, se ab eius* p r o c e s s i o n e *suspendit* (1, 2) et *Damasus ordinatus episcopus coepit plebem Romanam, quae sibi nolebat* p r o c e d e r e, *fustibus et caede varia perurgere* (1, 6).

C l e r i c o r u m, p o p u l i, p r i n c i p i s q u a e f u e r i n t p a r t e s i n e l i g e n d o e p i s c o p o R o m a n o, iam quaeramus. Post mortem Zosimi episcopi Symmachus praefectus urbi *statim, ut convenerat, populum alloquendo commonuit, ut cum quiete* c l e r i c o r u m *tractatu omnia finirentur nec se rebus disponendis misceret turbatio popularis* (14, 2). clerici sua sponte conveniunt, ipsi eligunt, electum consecrant; omnium vel maioris partis sententia est sententia divina, quae humanis perturbationibus nequit confundi (17, 4).

P o p u l u s, qui antiquitus ipse sibi sacerdotes constituerat, etiam tunc in ecclesia eligentibus sacerdotibus adesse, acclamationibus (quae et in senatu et in conventibus populi in locum sententiae ferendae misere successerant et diligenter in gesta publica referebantur) electum probabat, consecrato procedebat: at haec omnia poterant deesse.

P r i n c e p s neque ipse neque per magistratus iudicesve medium se interserebat; quem clerici rite elegerant, ille episcopus et erat et permanebat neque principis aut ullius magistratus consensum confirmationemve exspectare debebat. res autem ipsa ferebat ut electus episcopus sive alii ad principem referrent et princeps congratulatus responderet.

At si tractatus clericorum litibus discordiisque perturbatus erat, iam principis erat, de hac parte ferre iudicium. nam saepissime principes in litteris recurrunt ad vocem, quieti urbis aeternae imprimis se operam dare. verum tamen cum populi quiete non vexata Eulalius principi rite (competens numerus ordinantum, legitimi sollemnitas temporis locique qualitas recte apicem contulerant) videretur esse electus, 'contra omnia defuisse Bonifatio, superflue, inquit, expectatam sententiam nostram esse censemus' (15, 4). adeo non arbitrabatur oportere episcopum Romanum rite electum confirmari a principe aut a magistratu.

DE SYNODO. Honorius ab initio spe vel relatione Symmachi deceptus postea duo episcopos Romae esse cognovit, utrumque a multis sacerdotibus electum et consecratum, utrumque a multitudine acclamationibus comprobatum. ecce *res novi exempli et maximae contentionis magnique certaminis* (16, 2). pars Bonifatii preces obtulit, ut Honorius et Bonifatium et Eulalium iuberet *ad comitatum suum* venire (17, 5). princeps autem ut *praesentis iudicii doceret exemplum*, *quid in eiusmodi negotiis observari deberet in futurum* (18, 5) non suis comitibus consistorianis rem commisit definiendam, sed *ex diversis provinciis competentem numerum sacerdotum accivit*, *ut rem deductam in dubium absolveret* se coram *disceptatio plurimorum* (18, 5). *ex iudicio synodi, quae custodiri deberent,* ipse *tractaturus erat* (21, 2). Sed causa temeritate Eulalii, non iudicio synodi finita est. cum enim ex *ordinatione principis, sententia episcoporum, consensu et professione partium se sciret specialiter esse* damnatum, *quicumque urbem fuisset ingressus* (33, 2), Eulalius, qui nihilo minus urbem ingressus erat, *auctoritate principis expulsus ac Bonifatius episcopus roboratus est* (35, 3).

Itaque, quid in eiusmodi negotiis observari deberet in futurum, cum non esset constitutum a synodo, ex precibus papae Bonifatii (37[a]) Honorius cum sacerdotibus Romanis Ravennam legatis tractavit (37[a], 6) atque constituit, ut *si duo forte contra fas temeritate certantum fuerint ordinati*, *nullus ex his futurus esset penitus sacerdos*, *sed ille solus in sede apostolica permaneret*, *quem ex numero clericorum nova ordinatione divinum iudicium et universitatis consensus elegisset* (37[b]). Ergo iudicium de causis eiusmodi princeps non vindicavit sibi, sed a se removit. hoc modo causae illae, quibus in eligendo pontifice Romano rixae seditionesque excitabantur, (quod neque certus magistratus neque sacerdos a magistratibus adiutus aderat, qui electuros sacerdotes convocaret, eligentibus praeesset, rixantes compesceret), Honorii constitutione (37[b]) adeo non sunt sublatae, ut discordiae ortae semel augerentur atque perpetuarentur.

DE HIS QUAE INTER BONIFATIUM ET EULALIUM GESTA SUNT QUANDO UTRIQUE POST MORTEM PAPAE ZOSIMI EPISCOPATUM ROMANAE URBIS CONTENTIONIS AMBITU PERVASERUNT.

14. EXEMPLUM RELATIONIS SYMMACHI PRAEF. URB. AD HONORIUM PRINCIPEM RAVENNAE CONSTITUTUM. Quaecumque in urbe Roma geruntur, me tacere non convenit pro debito famulatu, quem maiestati vestrae semper exhibeo. Cum diu episcopus Zosimus gravi incommodo laboraret usque adeo, ut frequenter mortuus iactaretur: accidit ut secundo die post ingressum meum vita decederet. 2 Statim, ut convenerat, populum alloquendo commonui, ut cum quiete clericorum tractatu omnia finirentur nec se rebus disponendis misceret turbatio popularis, si quidem certum esset in eligendo episcopo dei omnipotentis expectandum esse iudicium, domini imperatores Honori et Theodosi, pii felices inclyti victores semper Augusti. admonui etiam corporatos, officio quoque interminatus sum ac maiores deterrui regionum, ne quis quietem urbis vestrae perturbare temptaret. quod quidem ita custoditum est, ut sine strepitu omnia finirentur. 3 Verum cum vir sanctus Eulalius ad ecclesiam Lateranensem de exequiis prioris episcopi a populo et a clericis fuisset adductus, ibi per biduum cum maxima multitudine et cum pluribus sacerdotibus remoratus est, ut expectaretur dies consuetus, quo posset sollemniter ordinari. 4 Cum haec ita essent, subito aliquanti presbyteri cum Bonifatio eiusdem ordinis ad Theodorae ecclesiam collecto populo properarunt ibique habito tractatu ipsum ordinare episcopum velle coeperunt. 5 Quod ubi comperi, omnes, qui pariter erant, ad me ut ve-

---

14. *Edd. Bar.* 418 *no.* 79. *ad Symmachum Iuretus Auct.* 19, *Scioppius et Pareus* X, 71 1 *et* 2 DE . . PERUASERUNT *om. edd.* 1 BONIFATIVM *A*, BONIFACIVM *V* 1 EVILALIVM *m.* 1, EVL. *m.* 2 A 1 v[1]tque *V* V[1]TQUE *ex* V[1]TIQUE *corr. m.* 1 A 2 pp (papae) VA 3 *Titulum om. edd.* 3 SYMACHI PREF. VA. 3 HNIV *A, sed* OR *m.* 1. *add.* 4 roma *om. edd.* 5 famulatu *C et A corr. Sirm*: famulatui *V et A ante corr.*, famulatus *edd.*; *cf.* 16, 2. 8 quiete VA: quieto *edd.* 10 iuditium V 11 imperatoris *et* Theodosii VA, Honorii A 11 et inclyti *edd.*; incliti A 12 etiam corp. VA C *Sirm.*: et c. *edd.* 12 officio VA C *Sirm.*: officii *Bar.*, officiis *Iuret* 12 regionum *Sirm.*, *Iuretus et edd.*: regionis VA; *cf.* 32, 4 13 uestrae *in ras.* V, nostrae AC 13 turbare tentaret *edd.* 13 quidem *om. edd.* 15 exsequiis A 15 et ad A 16 remoratum AC 17 posset *edd.*: possit VA 17 solleniter A 17 cum hic *edd.* 18 Bonifacio VA 19 habitu VA

nirent presbyteros depoposci, ac residens cum viro clarissimo tribuno Sereniano eos admonui, ne quid temere fieri paterentur aut contra sacrae legis ordinem venirent aut contra consuetudinis rationem. 6 Sed tanta pertinacia restiterunt, ut id quod minati sunt facere minime dubitarent. nam etiam presbyterum Bonifatium in ecclesia Marcelli ordinandum esse duxerunt atque cum eo ad sancti apostoli Petri basilicam processerunt. 7 Et quoniam pietatis vestrae est de hac parte ferre iudicium, statim pro competenti sollicitudine vestram maiestatem credidi consulendam, ut quid de hac parte pietas vestra decernat, praecepto vestri numinis evidenter informer. diu enim, quae contra reverentiam venerandae legis facta sunt temeritate paucorum, differri non convenit, ne tarditate firmentur, quae oportet inter exordia resecari. 8 Gesta acclamationum populi, quae singulis diebus habita sunt, relationi meae subieci; quidquid postea gestum fuerit, non tacebo. Data IIII. Kal. Ianuarias.

15. EXEMPLUM SACRARUM LITTERARUM. Gestis omnibus recensitis laudandae sublimitatis tuae relatione perclaruit, in ordinatione venerabilis sacerdotis quietem veterem paucorum insolentiam attemptare voluisse. 2 Nam cum post abscessum venerabilis viri Zosimi circa meritum Eulalii ordine subrogandi communi iudicio concinens multitudo sonuisset ac plena erga se omnia, quae regula catholicae posceret disciplinae, successoris confirmatio custodiret, vehementer miramur aliquos extitisse, qui sollemnitate contempta circa ordinationem alterius festinarent. 3 In quorum castigandum factum mansuetudinem nostram rite oporteret insurgere, nisi hoc tamen genere decerneremus eos ad veniam pertinere, quod lapsum cito proprium contuentes ad deprecandi suffragium sunt relapsi, ignosci sibi super id quod vim perpessi conquesti sunt postulantes. 4 Convenire ergo votum et studium nostrum circa Eulalium sacrae legis antistitem sublimitas tua clementiae nostrae auctoritate praesenti cognoscat, cui competens numerus ordinantum, legitimi sollemnitas temporis locique qualitas recte venerandi nominis apicem contulerunt. Cum autem Bonifatio constet omnia defuisse, superflue expectatam sententiam nostram esse censemus, cum factum suum ipsi, qui praesumpserant, admotis damnasse precibus videantur. 5 Absoluta itaque decernimus iussione extraordinaria praesumptione summota. Bonifatium interdicta confestim urbe prohiberi. erit verecundiae eius, ut morem gerens

1 clar. viro *edd.* 2 aut .. venirent *m.* 2. *ant. add. in* A 3 ut id quod facere minati sunt facere C, ut quicquid minarum fuerit facere *edd.* 4 Bonifacium VA 5 apostoli *om. edd.* 7 conpetenti A 7 ut quod *edd.* 8 de hac parte *om. Par.* 8 informet *edd.; Verba* diu *usque ad* tacebo *om. edd. posito signo*: etc. 9 reuerrentiam A 10 differri, *sed litteris* di *correctis*, V 10 resecari *nos*: recitari VA; recidi *Mai cf.* 16, 1 11 habitae? *an* habita = conscripta? 12 subici quicquid VA, subieci *nos.*

15. *ed. Bar. ad a.* 419, 2. *edit. Symmachi Iur. Auct.* 20, *Sciop. et Par.* X, 72. 13 *Titulum om. edd.* 13 laudandae *Iuret.*: laudanda VA *Bar.* (14 relacione .. ordinacione A) 14 sacerdotis *Iuret.*: sacerdotii V. A (cii). *Bar.* 14 quietam *edd. Symm.* 15 insolentiam *Iuret.*: insolentia V *Bar.*, insollentia A 15 absessum V 16 iuditio concinens V *et* (iudicio) A: iudicio conveniens *edd.* 19 altaris AC 21 tamen *nos*: tantum VA *edd.* 21 genere V, generē A, gerere *edd.* 25 ordinatum VA 25 legitimi A (*cum ras.*) C *et Iuret.*: legitimis V, legitimus (*sc.* numerus) *Bar.* 25 sollennitas A 26 venerandi *Iuret.*: uenerandum VA *Bar.* 26 Bonifacio VA 27 censemus C: sensemus VA, sensimus *edd.* 28 factum suum ipsi *Bar.*: fatum suum epm (episcopum) VA 28 ammotis dampnasse VA 29 Bonifacium VA

coelestibus constitutis sponte discedat; pertinacius resistentem invitum praecipimus expelli. Plebeiae sane seditionis auctores cum sociis suis sublimitas tua, Symmache parens karissime atque amantissime, statuet attineri atque in eos congrue vindicari, ut res temere praesumpta non transeat impunita. 6 In qua re Afrodisium v. c. tribunum et notarium dirigi a nostra mansuetudine placuit, ut praesente eo, quae statuimus, celerius impleantur, quatenus quies populi nulla perturbatione vexetur et pacata eum veneretur universitas, quem secundum veterem consuetudinem observata sacrae legis mysteria susceperunt. Data III. Non. Ian. Ravennae.

16. EXEMPLUM RELATIONIS SYMMACHI P. U. AD PRINCIPEM. Ubi primum sacer sermo pietatis vestrae expectationem populi celeritate praevenit, omne, quod sibi diversitas voluntatum usurpaverat de episcoporum electione, summovit ac divina provisione inter initia resecavit, quod tarditate imperitae multitudinis crescentibus studiis difficilius potuisset auferri, domini imperatores. 2 Ob quam rem statim debito famulatu implere, quae fuerant imperata, properavi, et quod felicitati clementiae vestrae adscribendum est, res novi exempli et maximae contentionis magnique certaminis ut sine commotione populi coepta fuerat, ita salva clementia vestra cum totius multitudinis quiete finita est. 3 Nam cum eo tempore ad me sacra perlata esset auctoritas, quo sancti diei erat celebranda sollemnitas, statim, ut oportebat, misso primiscrinio, Bonifatium ut ad me veniret admonui quod praeceptum fuerat agniturum ac se a processione, quam sibi inhibitam didicerat, abstineret. qui conventione contempta processit atque eum quem direxeram dedit populo verberandum. 4 Quod ubi nuntiatum est, habito cum v. c. tribuno Sereniano tractatu ad sanctum apostolum Paulum, quo convenerat, et sacrae exemplaria pro cautela direxi, ne quid in iniuriam publicam de praeceptis immissa multitudo temptaret, et partem officii pariter destinavi. 5 Sed neutrum fieri passus cum ad urbem vellet cum populo remeare, statim ad portas tam contubernales quam apparitores occurrerunt, qui eum, ut statutum fuerat, urbem vestram ingredi prohiberent. verum ipsos quoque contemnendos credidit atque violenter ingressus a certa urbis parte pluribus occurrentibus est repulsus nec permissus, quod cogitabat, implere. quod ubi turba quae comitabatur aspexit, sine aliquo tumultu dispersa est. 6 Ipse vero extra murum deductus non longe ab urbe remoratur. qui ne occulte per noctem ingressus urbem ad ecclesiam convolaret et rursus populi studia commoveret communi tractatu pro

1 pertinatius V, pertinatis A 3 statuat *edd.* 4 Aphrodisium *edd.* *Iam Symmachus pater a.* 384 (*Epist.* 10, 26, 3) *memorat quendam* V. C. tribunum et notarium Afrodisium, cui .. novarum molitionum cura legata est. 4 ūc̄ trib & not. VA: Vicarium Trib. et Not. *Bar.* 6 quies V *edd.*: qui res AC.

16. edd. Bar. 419, 5; edit. Symm. Iuret. Auct. 21, Sciop. et Par. X, 73. 9 *Titulum om. edd.* 9 RELATV̄ SIMACHI VA 13 domine imperator *edd. Symm.* 14 et *Iuret:* eo VA *Bar.* 14 quo VA 15 ascribendum VA 15 maxime VA 17 totis A 18 sollennitas A. 19 Bonifatium V, Bonifacium A; Bonifacium ad me venire *edd.* 19 quid A 20 ac (*sc.* ut) VA: ut *edd. Symm.* 20 quique VA 22 ūc̄ VA *et Iuret.:* vicario *Bar.* 23 apostolum *om. edd.* 23 convenerat *cf.* 19, 1 23 sacrae (*sc.* epistulae) VA: sacra *edd.* 24 in *om.* VA, *add. Bar.* 24 inscia *vel* inconscia *scribendum esse videtur* 24 temeraret *edd. Symm.* 25 vellet pariter cum *edd.* 26 aparitores A 31 imgressus A 32 communi tractatu *magis ad* commoveret *pertinere videtur quam ad* disposui (*cf.* § 4).

competenti sollicitudine contubernales et apparitores quattuor illic sine iniuria eius observare disposui: expectans, quid pietas vestra decernat, ut quies possit, quae hactenus servata est, perdurare. 7 Circa partem vero Eulalii episcopi venerabilis viri, qui eo die paene cum omni multitudine ad sancti apostoli Petri basilicam sollemnia celebrabat, ubi primum pietatis vestrae praecepta sunt publicata, fuit totius laetitia civitatis. unde ea, quae populus Romanus publico gaudio diversis acclamationibus agens gratias maiestati vestrae credidit publicanda, relationi meae universa subieci, 8 ut agnosceret pietas vestra, et quanta quiete vobis propitiis correcta sint, quae male fuerant admissa temeritate paucorum, et quanta gratia suscepta sint, quae clementia vestra divino iudicio et pro venerandae religionis reverentia decernenda credidit et pro quiete romani populi in perpetuum servanda constituit. DATA VI. ID. IANUARIAS.

17. EXEMPLUM PRECUM PRESBYTERORUM PRO BONIFATIO. Petimus clementiam vestram, piissimi et clementissimi imperatores Honori et Theodosi semper Augusti. Post abscessum sancti Zosimi papae ecclesiae catholicae urbis Romae, ut fieri mos volebat atque ipsa religionis disciplina dictabat, plures in unum convenimus sacerdotes, ut de constituendo successore communi iudicio tractaremus. 2 Sed quoniam Lateranensem ecclesiam obstrusis paene omnibus ingressibus archidiaconus Eulalius contemptis impie summi sacerdotis exsequiis diaconibus et paucissimis presbyteris ac multitudine turbatae plebis obsederat: altero die ad eandem ecclesiam, ubi prius ab omnibus fuerat constitutum, habita omnium collatione properavimus ibique participato cum christiana plebe consilio, quem deus iussit, elegimus. 3 Nam venerabilem virum Bonifatium, veterem presbyterum in lege doctissimum ac bonis moribus comprobatum et, quod eum magis ornabat, invitum, acclamatione totius populi et consensu meliorum civitatis ascivimus: divinae institutionis ordine consecratum; nam subscribentibus plus minus septuaginta presbyteris, astantibus novem diversarum provinciarum episcopis benedictionem competenti tempore constat fuisse celebratam. ac post omnia quae sollemnitas exigebat impleta sunt. 4 Sed cum supra dictus Eulalius, qui ante per tres consacerdotes nostros fuerat ex multorum auctoritate conventus, ne quid sibi temere praeter conscientiam cleri maioris assumeret, circumventis paucissimis presbyteris, male acceptis his ac diversae custodiae manipatis, qui ad prohibendum cum litteris venerant, exhibito etiam cum aliis Ostiensi episcopo, quem prope mortuum constat accitum, (nam tractum esse nolentem senis

5 sollempnia A 6 leticia VA 7 credidit *nos*: credidi ut VA,* credidi publicanda et rel. *Bar.*, <testatus est> credidi publ. et rel. *Iuret.* 8 ub̄ (uobis, uerbis?) propitiis VA: urbis totius *edd.* 10 pro uenerandae VA: perseverandae *edd.* 11 pop. rom. *edd. Symm.* 11 im VA. 12 Data VI. id̄ V.

17. *Edd. Bar. ad a.* 419, 8; *edit. Symm. Iuret. auct.* 22, *Sciop. et Par.* X, 74; *Coustant in Epp. pont. p.* 1007. 13 *titulum om. edd.* 13 PBRORUM V: bprorum A 13 bonifacio A

14 impp̄. VA 14 augḡ. VA 15 absessum VA 18 obstrusis VA: obstructis *edd.* 20 observabat *Sciop. Par.* 23 Bonifacium VA 24 et cons.: ac c. *edd.* 25 ascivimus VA: asseruimus *edd. praeter Coust.* 27 benedictionem: *Bar. in margine* bene electionem. 27 competenti '*die dominico*' *Coust.* 28 post VA: prius *edd.* 28 impleta VA *Coust.*: celebrata *edd. rel.* 28 supra dictus VA *Coust.*: praedictus *edd. rel.* 29 antea *edd.* 29 consordotes VA.

aegritudo testatur), in locum sibi non debitum incustodito religionis ordine per ambitum proruisset: coepit factum suum per homines disciplinae inscios ac religionis ignaros indecenter tueri, aestimans humanis perturbationibus se confundere sententiam posse divinam. 5 Et quoniam clementiam vestram constat falsidica relatione deceptam, ut nescio quid in iniuriam divini iudicii sanciretis, (nam divinum est, quidquid tantorum confirmat electio), petimus pietatem vestram, ut removeri priora constituta iubeatis atque Eulalium, qui in locum subrepsit alienum, ad comitatum perennitatis vestrae cum auctoribus suis debere deduci. Nos enim profitemur, sanctum papam Bonifatium nostris cum sacerdotibus adfuturum. relictis enim singulis per titulos presbyteris omnes aderunt, qui voluntatem suam hoc est dei iudicium proloquantur. Iubeat etiam vestra clementia omnes adesse, quos causa constringit, eici etiam civitate nolentes, qui se non patiuntur adduci. 6 Invenietis, cum coeperit agitari interna discussio, quod non solum divinis legibus abhorreat, verum etiam displicere possit humanis, quo hoc consecuti agamus aeterno imperio vestro maximas atque uberes gratias.

18. AD PETITIONEM PRESBYTERORUM HUIUSMODI SACRUM RESCRIPTUM IMPERATOR P. U. SYMMACHO DESTINAVIT. Post relationem sublimitatis tuae delatam mansuetudinis nostrae auribus presbyterorum allegatio causam nobis non supervacuae deliberationis iniecit. 2 Ideo decet ambiguitate seposita fidem rerum comminus experiri, quamque partem praetermissus gestae rei ordo arguat, quam servatus adiuvet, multis coram censentibus approbari, ut utriusque facti simul qualitate perpensa et circa unam rite definita consistat et circa aliam temere assumpta non maneat, Symmache parens karissime atque amantissime. 3 Ob quam rem illustris et praecelsa magnitudo tua suspensis omnibus, quae superius sunt decreta, nullique interim praeiudicio comparato, auctoritate praesentis oraculi utrumque hoc est Bonifatium et Eulalium religiosissimos viros instantia digna conveniet, ut intra diem sextum Iduum Februariarum ad Ravennatum civitatem praesentiam suam maturare non differant, 4 omnibus aeque admonitis, qui auctores utriusque ordinationis existunt, ut amota excusatione non desint, ut facto quisque erga alterutrum proprio prolatis ecclesiasticae institutionis exemplis defensor existat, seque purgato alium magis in legem catho-

---

5 iudicii A *et* (iuditii) V. *Coust.*: numinis *rel. edd.* 6 quicquid VA 6 firmat *edd.* 8 perennitatis VA *Coust.*: serenitatis *rel. edd.* 8 adduci. 8 nos: n̄ V, non A 9 Bonifacium VA 9 nostris consacerd. VA 9 *sic* VA *Coust.*: relictis singulis titulis presbyteri omnes *rel. edd.* 12 ciuitatē VA 12 patientur *edd.* 13 interna discussio *cf. Cod. Theod.* 10, 12, 2, 1 causae interna discutiant; 4, 22, 1 integris causae internis 13 quod non solum *Coustant*: q̊ dn̄s (quo dominus) V, quo dn̄s A, quod omnibus *rel. edd.* 13 abhorreat *Bar.*: horreat VA 14 displicere V: dispicere A 14 quo = ut.

18. *Edd. Bar. ad a.* 419, 11; *edit. Symm. Iuret. auct.* 23, *Sciop. et Par.* X, 75. 16 AD *usque ad* DESTINAVIT *om. edd.* 16 PETICIONEM V 17 SYMACHO V, simacho A 19 fidem rerum *nos*: fidelem rerum VA, fidelem r. ordinem *edd.* 20 adnuat *Iuret* 21 utrisque AC 21 factis VA 22 unam *sc. partem* ̧rite definita *sc. qualitas?* 22 ritē V; rite, *cum ras. super* e, A 22 symache V, symachę A 23 carissime et *edd.* 25 ut utrumque VA *Bar.*, ut *om. Iuret* Bonifacium VA 26 conveniet VA: conveniret *Bar.*, conveniens *Iuret* 26 Februarii *edd.* 27 ad *nos add.* 27 Ravennatem *Iuret* 28 aeque *Bar.*, atque VA, atque singulis *Iuret* 29 et facto *Iuret* 29 alterum *edd.* propio A

licam deliquisse praesumpta inmeriti electione convincat: iudicium de statu suo quisque, si adesse neglexerit, sortiturus, dans nimirum intellegi improvide immo illicite se fecisse, quod coram non audeat defensare. 5 Nos quoque ex diversis provinciis competentem numerum sacerdotum scriptis nostrae serenitatis accimus, ut rem deductam in dubium absolvat nobis coram disceptatio plurimorum. Cum autem omnia futuro integra sint iudicio reservata, de transactis sibi blandiri neminem decet. praesentis enim iudicii docebit exemplum, quid in eiusmodi negotiis observari debeat in futurum. Data XVIII Kal. Feb. per Aphthonium.

19. ITEM RELATIO P. U. SYMMACHI. Cum vir clarissimus Aphthonius decurio sacri palatii vestri cum caelesti praeceptione ad urbem venerabilem convenisset, omni genere festinavi, quatenus praeceptis numinis vestri obedientiam commodarem. 2 Nam statim conventis proceribus sacra iussio publicata et ad religiosos viros Bonifatium et Eulalium missa conventio est, domini imperatores. clericos quoque eorum praecepi pariter admoneri, ut nihil futuro cognoscente pietate vestra deesset examini. unde haec omnia gestorum serie comprehensa ad plenam instructionem subter annexui. 3 Verum postquam pars utraque populum diversis seditionibus excitaret, singulos admonitione missa conveni, ne ad unam ecclesiam convenirent et, quod fieri non licebat, inter se multitudo confligeret. sed hoc illis visum est, credo, suspectum, quod quietem suadendam credidi hominibus perturbare volentibus civitatem. ob quam rem ambae partes calumniosis me crediderunt contestationibus appetendum, ut errorem suum compositis mendaciis excusarent. quod ne in aliquo clementiam vestram lateret eadem quae obtulerunt actis inserta transmisi, ne quicquam suppressum esse quererentur. 4 Superest, ut apud clementiam vestram nullius partis studiis famuli vestri appetatur absentia, qui semper maiestati vestrae puris servitiis approbatus me ab oppugnatione vel favore ambarum partium ut decebat credidi separandum. Data VIII. Kal. Febr.

20. EXEMPLUM SACRARUM LITTERARUM AD SYNODUM. Omnia quidem clementia nostra in praesenti beatitudini vestrae congrua ordinatione mandavit, ut sequestratis omnibus vestro iudicio, quid observari propter quietem populi deceat, finiretis.

---

2 dans *om. edd., quare* intelligens *corr. Iuret* 2 intelligi VA 4 provintiis V 4 accivimus *Iuret* 5 disceptio A 7 enim VA: etiam *edd.* 7 quid VA: quod *edd.* 8 aptonium VA.

19. *Edd. Bar. ad a.* 419, 12; *edit. Symm. Iuret. auct.* 24, *Sciop. et Par.* X, 76 9 Symmachi C: SYMACHO VA 9 apthonius VC *Bar.*, Apthonis A, Aphtonius *edd. Symm.* 11 nominis VA *Bar.*, num. *corr. Iur.* 12 bonifacium A 13 dn̄i im̄p. VA: D. imperator *Iuret.* 16 populum VA: populi *edd.* 17 excitaret VA: exagitaretur *edd.* 18 et quo VA 19 quod quietem *nos*: quo qu. VA *edd.* 20 calumniosis me *nos*: calumniosissime VA *edd.* 21 mendatiis VA 22 lateret VA: lateat *edd.* 22 optulerunt VA 22 transmissi A 25 approbatus *Iuret.*: approbat VA, approbati *Bar.* me V, mae A, ne *Bar.*, *om. Iuret.* 25 impugnatione *edd.* 25 vel VA: et *edd.* 25 dicebat V *et* (*cum ras. super* t) A 25 credidi separandum *nos:* credidisse parandum VA, credidisse putandum *Bar.*, credidit temperandum *Iuret.* 26 Febr. A, Februarū V, Februarii *edd.*

20. *Ed. Bar. ad a.* 419, 14. *Haec epistula addita esse videtur alii, qua tota causa exposita erat.* 27 *Titulum om. Bar.* 28 in re praesenti? *cf.* 20[a] praesentem causam 29 iuditio 29 opseruari A 29 siniretis AC, sineretis *Bar.*

2 Meminimus quoque hoc a nobis inprimis, quod aequitas expetebat, esse mandatum ut hi episcopi, quos interfuisse eorum ordinationibus constat vel postea subscripsisse, sine iniuria sui et manente reverentia iudices non sederent nec ullum praestare testimonium possent, ne non tam novam prolaturi sententiam quam servaturi factum praeteritum viderentur. hi ergo, sicut superius diximus, ab ea disceptatione se abstinere debebunt. 3 Illud quoque similiter custodiendum beatitudo vestra esse cognoscat, nulli parti praeiudicium comparatum, quod a nobis antea claruerat constitutum. cum enim celeriter destinata iussa propter quietem populi pietatis nostrae sequenti auctoritate summota sint, nihil hinc aut vindicare pars altera poterit aut altera formidare. 4 Attendentes ergo iudicium dei, quod in tali causa vobiscum simul residere manifestum est, examinatis omnibus id vos custodire decet, quod infundente caelesti spiritu habere Christianae legis integram reverentiam possit.

20ª. HAEC SYNODUS INTER SE DISSENTIENS PRAESENTEM CAUSAM TERMINARE NON POTUIT. UNDE VENERABILIS IMPERATOR HONORIUS AD MAIUS CONCILIUM HOC CREDIDIT NEGOTIUM DIFFERENDUM ET INTERIM PROPTER DIES QUI INMINEBANT SANCTAE PASCHAE UTROSQUE BONIFATIUM SCILICET ET EULALIUM AB URBE IUSSIT ABSCEDERE ET SPOLITINUM EPISCOPUM ACHILLEUM NOMINE SACRA IUSSIT MYSTERIA CELEBRARE SYMMACHO PRAEF. URBI HOC IDEM SUIS SCRIPTIS INSINUANS.

21. Magnarum deliberationum non debet citum esse iudicium, nec temere proferenda sunt, quae servanda in perpetuum sanciuntur. saepe de episcopis urbis aeternae altercationem partium sub examine sacerdotum † concessa cognitio est. sed ne quid festinum celeritate iudicii proferatur, id clementiae nostrae sedit arbitrio. 2 At cum vicinitas sanctorum dierum episcopi praesentiam postularet nec in urbe sacratissima fas esset pascharum praesertim dies sine sacerdote celebrare, idcirco, Symmache parens karissime atque amantissime, illustris magnificentia tua Achilleum nos elegisse cognoscat, quem a favore partium constat esse alienum, qui mysteria sacrae observationis impleret. Transactis vero festis diebus ex iudicio sacerdotum,

1 ĩprimis V; imprimis A 1 quo aequitas VA 1 expectabat *Bar.* 2 vel: et *Bar.* 3 illum VA 6 esse *om. Bar.* 7 praeiuditium V 7 e nobis *Bar.* 8 cum N. V *et* (enim) A: cum et *Bar.* 9 secuta *Bar.* 9 nichil VA 10 adtendentes A 10 iuditium V 10 nobiscum *m.* 1, uob. *m.* 2 A.

20ª. *Edd. Bar. ad a.* 419, 15. *Ballerinii, de antiq. coll. can.* II § 12, *no.* 20. *in cod.* V *fere omnia litteris maiusculis scripta sunt.* 14 honoris A 14 maius concilium: Maias Kalendas *Bar.* 15 deferendum *Ball.* 16 BONIFACIUM VA 16 urbe ista abscedere *Ball.* 16 Spoletinum *Bar. Ball.* 17 Achileum *Ball.* 17 NOMINE V: non est AC, Roma *Bar.* 17 IUSSIT *om. Bar.* 17 Misteria VA 17 symacho VA, Symmachoque *Bar.* 18 p̄f VA 18 insinuat *Bar.*, insinuante *Ball.*

21. *Edd. Bar.* 419, 15 *et edit. Symm. Iuret. auct.* 25, *Sciop. et Par.* X, 77. 19 *Qui narrationem* (20ª) *composuit, ideo titulum epistulae no.* 21 *omisit. Ballerinii ex indice epistularum initio collectionis posito loco tituli, quem neglegentia scribarum omissum esse putabant, hunc suppleverunt:* Ubi imperator Bonifacium et Eulalium ab urbe iussit discedere et interim Spolitinum episcopum sacra mysteria celebrare. 20 sanctiuntur sepe VA 21 altercatione *edd.* 21 concessa: *locus ad* 23, 2 *et* 24, 2. 3 *corrigendus* 22 iuditii V 23 at cum *nos*: Ut qm̃ VA, at quoniam *edd.* 24 fas est *edd.* pascarum A 24 celebrari? 25 symachę VA 25 kmę̃ V, km̃e A 25 Achyleum AC 26 constat esse *Bar.*: constaret VA 26 misteria VA 27 iuditio V.

quae debeant custodiri, consilio maturiore tractabimus. 3 Monemus sane, ut regionum primatibus evocatis disciplinae publicae quietique prospicias; quibus decretorum nostrorum praecepta iubeas aperiri, ne quis scilicet ullum tumultum neque seditionem audeat commovere. quam si quis insana persuasione conciverit, non in eos tantum, qui in perturbatione fuerint deprehensi, sed in regionum quoque priores intellegant vindicandum. novimus enim quietem publicam facile custodiri, si incentorum cupiditates ac fomenta cessaverint.

22. EXEMPLUM SACRARUM LITTERARUM AD ACHILLEUM SPOLITANUM EPISCOPUM. Quoniam de Romano sacerdotio propter angustias temporis, quas dierum sollemnitas fecit, quae abesse episcopos a suis ecclesiis non sinebat, dilatum constat esse iudicium: 2 recte nostra serenitas credidit ordinandum, ut beatitude tua ad venerabilem urbem congrua veneratione festinet, quatenus sanctae paschae dies ea qua convenit quiete cum sollemnitate consueta populis repraesentes, nec consuetudini obsit, quod differri synodum multiplex necessitas fecit. 3 Illud sane in primis ac praecipue commonemus, ne umquam ulla illorum mentio fiat, de quibus constat suspensos esse iudicio.

23. PRINCIPIS ORATIO AD SENATUM. Scimus, patres conscripti, a vobis cunctationem nostram non posse reprehendi, quibus semper in re omni probatur consiliorum iudiciique maturitas. nec sane de summis cita debuit et potuit esse sententia, quam ut aeternam ita probabilem et ex omni parte decet esse perfectam. 2 Inter episcopos, quos in urbe sacratissima faventium studia vel partium voluntas elegerat, ab omnibus qui aderant sacerdotibus iusseramus audiri, et aliquotiens iterata cognitio est. verum cum longiores moras examinatio iustae cognitionis afferret et plura inquisitio iudicum diligens inveniret, quibus finis citus non posset imponi et festorum dierum celebritas celeritatem definitionis exposceret, ne quid temerarium promeremus, rem omnem credidimus differendam. 3 Missus itaque est Achilleus vir religiosus episcopus Spolitinae civitatis, per quem sanctorum dierum celebritas impleretur. Amplitudinis vestrae est popularium mentes ad quietem consilii salubritate retinere, cum probabilem ac necessariam dilationem nostram dubitare nequeatis. Data Id. Mart.

24. EIUSDEM PRINCIPIS EDICTUM AD POPULUM. Fidei curam, quirites optimi,

---

1 monemus V: manemus AC 2 prospitias V 3 neque: nequam VA 4 conciverit *vel* concitaverit *nos*: c̄querit VA, conquiret *edd.* 6 intellegant *om. Bar.*, sciat *add. Iuret.* 7 ac VA: et *edd.*

22. *ed. Bar.* 419, 16. 8 *Titulum om. Bar.* 9 angustiam *Bar.* 9 quas *nos:* quam VA *Bar.* 9 sollempnitas VA 11 ut *et* urbem *om.* VA, *add. Bar.* 12 veneratione VA: devotione *Bar.* 12 quae *Bar.* 13 nec V *edd.*: haec *A* 16 iuditio V.

23. *ed. Bar. ad a.* 419, 17. 17 *Titulum om. Bar.* 19 conciliorum *Bar.* iuditiique VA 19 nec *Bar.*: ne VA 20 et *ante* ex *om. Bar.* 21 vel VA: et *Bur.* 23 iuste VA: tantae *Bar.* 24 iudicum V: iudicium AC 27 spoletinae *Bar.* 28 imploretur *Bar.* 29 salubriter *Bar.*

24. *Ed. Bar.* 419, 18. 31 *Titulum om. Bar.*

maximam iudicantes nihil festinum aut immaturum credidimus proferendum. ea enim in causa religionis decerni censemus, quae sine errore ac reprehensione sententiae ab omnibus comprobentur. 2 Itaque cum in cognitione de episcopis, qui in urbe fuerant constituti, sub iudicio sacerdotum intentionis haereret ambiguum nec nascentibus subinde causis finis certantibus studiis posset imponi ac diu de rebus variis deliberatio nostra penderet, 3 † futuram cognitionem ad integrum sacerdotum numero pleniore concilium omne negotium constituimus differendum, ut causa ex omni parte librata transactis paschae diebus terminum quem aequitas vel religio poscebat acciperet. simul, quia de sacerdote nihil poterat definiri, temporarie elegimus, qui reverenda sacris diebus mysteria celebraret', ut vobis, quirites, ad honorem sacrae urbis praesto esset sollemnitas sacerdotis. 4 Quare imitati patientiam nostram placidis animis, quae pro pace publica suademus, accipite: sanctorum cultus dierum debita tranquillitate transcurrat, quietem publicam seditio nulla perturbet, favor proprius circa nullum, qui notetur, appareat. decet enim suspensis sensibus omnia nostro integro vos reservare iudicio 'nec furore quodam sed debita probitate expectare potius quam poscere sacerdotem. 5 Quodsi pravos incentores secuti turbarum tumultus potius quam quietem ac modestiam legeritis, quibus favetis, monstrabitis nec solum vobis sed et auctoribus vestris, quorum consiliis inhaeretis, periculum salutis, ad quod nos compellitis, imminebit. neque enim venia dignus est, qui ab improbitate humanitatis nostrae monitis non poterit retineri. Data Id. Mart.

25. EIUSDEM PRINCIPIS EPISTOLA AD SANCTUM PAULINUM EPISCOPUM NOLANUM. Sancto ac venerabili patri Paulino episcopo. Iam tunc fuit apud nos certa sententia nihil ab his sacerdotibus, qui ad synodum convenerant, posse definiri, cum beatitudo tua de corporis inaequalitate causata itineris non potuerit iniuriam sustinere. † et per absentiam sancti viri, non quidem optentura, interim tamen vitia gratulantur, cum prava et vetus ambitio et cum benedicto viro sanctaeque vitae diu velit habere certamen, ut contra haec apostolicae institutionis bona de praesumptis per vim parietibus existimet confidendum. 2 O vere digna causa, quam non nisi coronae tuae beata vita discingat. dilatum itaque iudicium nuntiamus, ut divina praecepta ex venerationis tuae ore promantur, qui ea secutus implesti. nec potest alius eorum

---

1 nichil VA 3 cognatione VA 3 quam de VA *Bar.*: quam *delevimus*; *cf.* § 5 4 iuditio V 5 certantibus V: ortantibus A 6 *aut* futuram cognitionem *delenda aut scribendum videtur* ad futuram cognitionem et ad 7 consilium VA 8 transactis *Bar.*: transactę VA pachae A 8 vel VA: et *Bar.* 8 poscebat *Bar.*: possebat VA 9 nichil VA 10 misteria VA 10 uƀ (vobis) VA: ibi *Bar.* 11 sollempnitas A 11 vestram *Bar.* 15 integra *Bar.* *non male.* vos *om. Bar.* 15 iuditio V 15 debitam probitatem VA 16 turbarum *Bar.*: turbarent VA 17 quam *om.* VA, *add. Bar. cf.* § 1 18 nec VA: non *Bar.* vobis *Bar.*, ūbis VA 20 potest *Bar.*

25. *ed. Bar. ad a.* 419, 20. *De his rebus mentio non fit in epistulis Paulini Nolani.* 21 *Titulum om. Bar.* 21 EP̄LA V 22 Tam tunc VA: Tantum *Bar.* 23 nichil VA 23 diffiniri VA 24 potuit *Bar.* 25 propter absentiam *et* obtentura *Bar.* *hic locus ad* 26, 1 *et* 27, 1. 2 *videtur corrigendus et intellegendus:* optentura = victura? gratulantur *scil.* sibi = sibi indulgent, crassantur. et *ante* cum *delendum?* et contra? parietibus *sc.* ecclesiae Lateran.? 29 vita designat *Bar.* 29 iuditium V. 30 qui ea V: quia AC 30 alius *ex* aliud *corr. m.* 1. V, aliud A.

praeceptorum lator existere, quam qui dignus apostoli discipulus approbaris specialiter. 3 Itaque domine sancte, merito venerabilis pater, iustus dei famulus, divinum opus contempto labore tributurus hoc nobis visitationis tuae si ita dicendum est munus indulge, ut postpositis omnibus quoniam temperati aeris tranquillitas suffragatur, synodo praefuturus sine intermissione etiam desideriis nostris et benedictioni, quam cupimus, te praestare digneris.

26. ITEM EIUSDEM PRINCIPIS AD EPISCOPOS AFROS. Serenitas nostra cum in omnibus causis tum praecipue in his, quae ad venerabilem religionem pertinent, perpensum cupit habere iudicium. De sacerdotio urbis aeternae exorta contentione, etiam trans maria iam credimus nuntiatum. quae a paucis non potuit terminari; et ideo multorum necessarium constat esse iudicium. 2 Quapropter sanctitas vestra, quos vitae bonum et legis doctrina commendat, intra diem Iduum Iuniarum ad Spolitinam civitatem amputatis excusationibus properare dignetur, ut id, quod veritas vel religionis norma dictaverit, deo pariter cunctorum mentibus aspirante sententia iudicetur, ne diutius apostolicae sedis sacerdotium differatur.

27. EIUSDEM PRINCIPIS EPISTOLA AD SANCTUM AURELIUM CARTHAGINIENSEM EPISCOPUM. Aliam quidem videndae venerationis tuae causam optaveramus evenisse, ut desiderato benedictionis tuae frueremur aspectu. Sed quia adversus papam urbis Romae ambitio reprehendenda certamen indixit et sanctam vitam in episcopo aestimat non quaerendam, coeptum super hac discussione iudicium minor numerus sacerdotum, quam synodi consuetudo deposcit, in plures doctissimosque viros, quorum sanctitas tua princeps est, prorogavit. neque enim praemia castitatis et meriti summotis vitiis, quae respuit divinae religionis sacrosancta praeceptio, per alios quam tales viros oportuit revelari. 2 Et quamvis sufficere domni germani mei Augusti principis scripta potuerunt, etiam mea tamen, quibus adventum sanctitatis tuae precarer, adiunxi. quaeso itaque, domine sancte, pater merito venerabilis, ut duplex beneficium tributurus et desideratae nobis benedictionis tuae et necessarii pro beatitudine iudicii proferendi intermissis omnibus deum intuens, de cuius sacerdote firmando labor veniendi non debet recusari, praestare dignetur.

---

1 quam (q, a *supra posita*,) qui V: quia qui A 1 apostolicis disciplinis est approbatus *Bar.* 3 tributum *Bar.* 3 uisitacionis VA 4 qm̄ (quoniam) VA: quantum *edd.* 4 temperati aeris *nos*: temperantia eris VA, temperantia et his *Bar.* 4 suffragantur *Bar.* 5 synodo *Bar.*: synodus VA 5 profuturus *Bar.*

26. *ed. Bar.* 419, 21. 7 *Titulum om. Bar.* 7 cum *om. Bar.* 8 tum *nos*: tc̄ (tunc) VA, tamen *Bar.* 9 propensum *Bar.* 9 iuditium V 9 exorta cont. *ablativus abs. loco accusativi c. inf.* 10 iam *om. Bar.* 10 quae VA: quod *Bar.* 11 et ideo VA: et *om. Bar.* 11 const. nec. *Bar.* 12 Iuniarum *Bar.*: ianuariū VA 14 vel VA: et *Bar.* 14 inspirante *Bar.* 15 iudicet vr̄a (vestra)?

27. *ed. Bar.* 419, 22. 16 *Titulum om. Bar.* Eiusdem? *cf. p.* 10 16 EP̄LA VA 16 CARTAGINIENS̄. V, cartaginensis A 17 alium VA 17 vid. vener. tuae VA: veniendi *Bar.* 20 requirendam *Bar.* 20 non minor *Bar.* 21 deposcit *Bar.*: depossit VA 21 quarum VA 24 sufficerent *Bar.* 24 dōni VA, domini *Bar.* 25 poterunt *Bar.*: *cf. ep.* 28, 3 quamvis . . pervenerit 25 mea *nos*: in ea VA *Bar.* 25 tamen VA: tantum *Bar.* 26 precarer VA: pariter *Bar.* 27 tribuatis *Bar.* 28 beatitudine VA: habitudine *Bar.* 28 intermissis omnibus *Bar.*: intermissionibus VA 28 dm̄ VAC: dominum *edd.* 28 de eius *Bar.*

28. EIUSDEM EPISTOLA AD AUGUSTINUM, ALYPIUM, EUHODIUM, DONATIANUM, SILVANUM, NOVATUM ET DEUTERIUM EPISCOPOS UNIFORMIS. Pervenisse ad venerationem tuam certa est pietas nostra, adversus papam urbis Romae vitia cum castitate pugnare et huiusce rei tam diuturnum esse conflictum, ut inter tot sacerdotes, qui ad synodum convenerant, quibusdam dissentientibus nondum potuerit apostolica praeceptione firmata vita praeferri. 2 Quam tamen se interdum bene scire astipulante quoque ea parte quae discrepat sine dubitatione confessi sunt, ut plane fuerit manifestum expectari tuae iudicium sanctitatis, in cuius praesentia promenda sententia differretur. qui merito vitae praecedens recte etiam ex transmarinis regionibus ut iudicare possis expeteris. 3 Sed quamvis sacra domni germani mei Augusti principis ad Italiae synodum convocans auctoritas non neglegenda pervenerit, socianda specialiter etiam serenitatis nostrae scripta iudicamus, quibus precor ut desiderabilem aspectum benedictionis tuae sine excusatione concedens omnipotenti deo gratum iudices hunc laborem, quod et pro eximio sacerdote et pro sanctae vitae meritis sententiam prolaturus remunerationem vexationis huius in praemio divino intellegis constitutam. Data XIII Kal. April. Ravennae.

29. RELATIO SYMMACHI P. U. AD CONSTANTIUM. Domino semper illustri et cuncta magnifico meritoque sublimi ac praecelso patrono Constantio Symmachus. Quaecumque subito nullo opinante proveniunt, nec ad culpam iudicis referri possunt et populum rationis ignarum insperata novitate perturbant. 2 Vir namque religiosus Eulalius quinto decimo Kal. April. urbem me nesciente meridianis horis ingressus est. quem credidi aliquod secum pertulisse praeceptum. verum eodem die circa vesperum Spolitinus episcopus missis litteris me credidit admonendum, quod sacra ad se manante in urbe diem sanctum paschae iussus sit celebrare. quod praeceptum ante penitus ignoravi, domine semper illustris et cuncta magnifice meritoque sublimis ac praecelse patrone. quod cum mihi post sancti Eulalii innotuisset adventum, statim parendum credidi invictissimi principis imperatis. 3 Verum cum interdicto die urbem sanctus Achilleus episcopus esset ingressus, commotio extitit

---

28. *ed. Bar. ad a.* 419, 23 EIUSDEM? *cf. p.* 10. 1 EP̄LA VA 1 ALIPIUM VA 2 DEVTHERIV̄ VA: Venerium *Bar.* 3 pier̄ VA 3 nostra VA, nostra certamen *Bar. ex* 27, 1 3 p̄p̄ VA 5 convenerunt *Bar.* 5 dissensionibus *Bar.* 6 uita VA; *cf.* 25, 1/2, 27/1: ita *Bar.* 6 tantum *Bar.* 6 se in te bene? 6 astipulanti VA *Bar.* 7 disceptat *Bar.* 7 confessi sunt VA: consensisset *Bar.* 8 iuditium V 10 expecteris *Bar.* 10 dōni VA, domini *Bar.* 11 evocans *Bar.* 11 provenerit *Bar.* 14 quod et VA: quod *om. Bar.* 14 pro eximio *nos*: proximo V̄A, pro optimo *Bar.* 15 imp̄mio A. 15 intelligis VA: intelligas *Bar.* 16 XIII. V: III AC. *Bar.*

29. *edd. Bar. ad a.* 419, 26; *edit. Symm. Iuret. auct.* 26, *Sciop. et Par.* X, 78. 17 *Titulum priorem om. edd.*; *alterum om. Bar., sed Iuretus* (*ex ep.* 32) *supplevit* Domino semper illustri et in cunctis magnifico meritoque sublimi Constantio Symmachus P. U. 18 cuncta VA: in cunctis *edit. Symm.* 18 ac praecelso patrono VA: patronus *vocatur Constantius* 29, 1 et 2; 32, 1 *et* 2. patricii *cognomen non convenit alloquenti* 22 aliq̄d (*simul* aliquid *et* aliquod) V, aliqd (aliquid) A 24 sacra *sc.* epistula 24 manente AC, manantia *edd.* 24 urbem VA 24 die sancto *edd.* 25 in cunctis *edd.* 26 p̓sc̄i VA: prius sancti *edd.* 26 adventus *edd.* 28 interdicto VA *Bar. Iur.*: interim dicto *Sciop. Par.*; tertio deinde die? *cf.* § 6 28 episcopus *om. edd.*

populorum, ut ab una parte multitudo armata ferro et telis ad forum militari habitu conveniret. et cum convocatis proceribus processissem, ut habito tractatu pro quiete urbis populum alloquendo compescerem, primo pauci ad conventum venerunt, dein cum expectaretur sancti Achillei episcopi praesentia, ut quae iussa fuerant publicaret, multitudine resistente venire non potuit. 4 Et cum ad forum Vespasiani tam ego quam vir spectabilis vicarius perurgente populo fuissemus egressi, ut quietem utriusque partis multitudini suaderemus, subito armati servi telis et saxis aliquanti etiam ferro populum partis Eulalii aggressi sunt. qui inermes convenerant, ut, quid praeceptum de episcopo Spolitano esset, agnoscerent, quosque ita sauciaverunt, qui parati adversus imparatos venerant, 5 ut me quoque et virum spectabilem vicarium crederent appetendos, dum seditioso furore nullam admittunt penitus rationem. nisi ad liberandos nos divinitas affuisset egressique per secretiorem partem ictum saxorum et impetum conspirantis multitudinis vitassemus, minime potuissemus evadere. quorum maiorem partem in servis constat fuisse, ex quibus aliquanti agniti atque tenti sunt audiendi. 6 Unde, quod partium mearum fuit, excellentiae vestrae suggerere properavi, ut certum finem rebus, cognitis quae gesta sunt, magnitudo vestra decernat. cum enim et sanctus Eulalius fuisset ingressus et tertia die secutus esset episcopus Spolitinus nec aliqua ad me data virtutum vestrarum, quae sequerer, praecepta venissent, perturbatio totius plebis, quae in se et in periculum iudicum saeviret, exorta est; 7 Et nisi celeri responso ante diem venerabilem paschae, quid fieri debeat, iusseritis, minantur se populi invicem pugnaturos, dum de Lateranensi basilica alterutrum se aestimant excludendos. Ne quid igitur adversi, (quod sublimitatis vestrae felicitas avertat), eveniat, peto, ut evidenti praecepto excludi furiosae contentionis periculosam pertinaciam censeatis. Data X Kal. April.

30. EPISTOLA ILLUSTRIS COM. CONSTANTII AD SYMMACHUM P. U. Ut certa possimus quaeque cognoscere et factionum auctores fideli nuntio et inspectore non lateant, cancellarium nostrum Vitulum direximus, ut domni invictissimi principis affatus atque iudicium ad eximietatem tuam vel ad populum celeri festinatione deferret. 2 Illudque monemus, ut quicquid sacris auctoritatibus continetur, nulla temeritate violetur et, quae praecepta sunt, effectui celeri tradantur instantia, ne Augusta clementia, quod nunc agnoscitur distulisse, commota maiestatis suae vigore emendare non differat.

---

2 convocatis *Bar.*: convocatus VA 2 processissem *et* compescerem *Bar.*: processissent VA *et* compescerent V, compescent A (C). 3 pauci *om. edd.* 3 deinde *edd.* 4 episcopi *om. edd.* 6 perurguente A 6 ingressi *edd.* 6 ut V: utque A 8 populos *edit. Symm.* 8 aggsi VA 8 quid V: quod A *edd.* 9 sauciaverunt V: sautiauerint A 10 uitarium A 11 nullum VA 11 et nisi? 12 liberandum *edd.* 13 conspirantis *Bar.*: conspirante VA 13 vitassemus *Bar.*: vitaremus VA 15 quid *edd.* 17 enim et VA: ita *edd.* 17 t̄cia VA 19 impericulum iudicium A (in *et* iudicum V) 22 existimant *edd.* 23 pęto V 24 pertinatiam VA.

30. *edd. Bar. ad a.* 419, 29; *edit. Symm. Iuret. auct.* 27, *Sciop. et Par.* X, 79. 25 *Tit. om. edd.* 25 EPLA *et* CŌM̄ *et* SYMM V *et* (*litteris minusculis*) A 25 certo? 27 domini *edd.* 28 vel: et *edd.* 29 illud quoque? 30 tradantur VA: mandentur *edd.* 31 augusti *edd.* 31 agnoscit *Bar.* 31 commoto *edd.*

31. EXEMPLUM SACRARUM LITTERARUM AD SYMMACHUM P. U. Cum ad sanandum primae perturbationis errorem hoc genus consilii clementia nostra reparandae pacis cupida reperisset, ut, donec de confirmatione urbani sacerdotii sententia procederet absoluta, uterque eorum, quorum causa tumultus antea concrevisset, a sacratissimae urbis conversatione seiunctus futuri iudicii expectatione penderet, spatio quo contineretur alteruter evidenter expresso: 2 aequo animo dissimulare non possumus praeceptis clementiae nostrae publicum paene bellum quo calcarentur indictum; movendi eius caput Eulalium, qui iussa transcenderit extitisse, secundum ordinem praeceptorum paulisper abesse non passum, Symmache parens karissime. 3 Unde sublimitas tua hoc nos statuisse cognoscat, ut et salubris superior ordo praecepti et moderata synodi ordinatio debeat custodiri, quod aliter fieri non posse censemus, nisi Eulalius omnimodis urgeatur, ut omni celeritate ab urbe discedens insolenti populo praesens incitamenta non praebeat nec innocentibus causa mortis existat. 4 cui esse dubium non debebit, si in hac praesumptionis obstinatione duraverit, non solum de statu suo iudicium iam prolatum, verum etiam de salutis discrimine proferendum (culpa enim nullam veniam iam meretur, quae cum praedicitur non cavetur), nihil ex hoc excusationis habituro, quod se invitum a plebe asserat retentari. 5 Si qui autem ex numero clericorum communicandum Eulalio iudicio pendente censuerit, pari se sciat sententia esse damnandum; laicos vero, qui post interdictum mansuetudinis nostrae communionem Eulalii putaverint expetendam, honestioris loci poenam proscriptionis, servos vero capitis esse subituros nec ab hoc periculo dominos exuendos. primates vero regionum nisi spiritum plebis inconditae domuerint et frenarint, sciant se raptos ultimo iudicio esse subdendos. 6 Spolitinus autem episcopus, sicut dudum fuerat definitum, sanctis paschae diebus ordinem festae sollemnitatis implebit. cui ad celebranda mysteria Lateranensem ecclesiam soli patere decernimus, reliquis qui hoc praesumere voluerint propulsatis. sane † si praedictus sacerdos Spolitanae civitatis in loco eius sanctorum mysteriorum ordinem completurus suscipi debeat admonemus. 7 Per omnes vero titulos vel loca, quae conventu celebri frequentantur, haec quae statuimus proponentur, ut universis liqueat et noluisse nos turbidum aliquid perpetrari et adhuc ut turbata componi debeant opperiri. Sciat sane sublimitas tua primiscrinium et reliquum officium, quod tuis actibus obsecundat, non solum

---

31. *edd. Bar. ad a.* 419, 30; *edit. Symm. Iuret. auct.* 28, *Sciop. et Par.* 80. 1 SYMACHUM V, symachum A 3 cuppida repperisset VA 5 sacratissimae *nos*: sacratissima VA *edd.* 5 urbis VA: urbe *edd.* 5 seiuctus A 5 iuditii V 6 alteruteri A; alteruter, i *add.* (*a manu prima?*) V 8 transcendit *edd.* 9 kar. atque amantissime *ut semper in his epistulis scribendum videtur* 11 deberet *edd.* 12 omnimod̄ VA, (dis A, dus *Ang.*, de *edd.*) 13 causā VA 14 debebit V: debit A, debet C 15 iuditium V 15 profer ei dū culpat. H. (*enim*) nullam VAC, proferri, dum culpat eius nulla *Ang.*, proferendum. Culpae enim nullam *Bar.* 16 nichil VA 17 habiturus *edd.* 17 quod se *nos*: quosei VA, quod eo *edd.* 17 invitum V, imuitum A, invito *edd.* 18 cum Eulalio? 20 Eulalii *Iuret.*: eulalio VA *Bar.*; cum Eulalio? 20 expetendum *edd.* 20 pęnam V 21 exuendos: eruendos *Iuret.* 22 et: ac *edd.* 24 pachae A 24 sollempnitatis VA 26 sane sipraedictus VAC, sanisi praed. *Ang.*, sane ut praed. *edd.*, sane nisi praedictus s. S. civitatis <ne quis> in? 27 completurum VA 28 titulos '*id est ecclesias, ut* 17, 5' *Iuret.* 28 vel: *et edd.* 29 proponantur *Iuret non male* 30 perpetrari *nos:* perpetrare VA *edd.* 30 adhuc *Iuret*: ad hoc VA *Bar.* 31 quod tuis *Bar.*: q tuis VAC.

gravissimae multae dispendiis affligendum, sed et supplicium capitis sortiturum, nisi enixa opera commodata statutis clementiae nostrae praebere maturarit effectum. Data VII Kal. April. Ravennae.

32. EXEMPLUM RELATIONIS SYMMACHI PRAEF. URBIS AD VIRUM INL. COM. CONSTANTIUM PATRICIUM. Domino semper inlustri et cuncta magnifico meritoque sublimi ac praecelso patrono Constantio Symmachus. Ubi primum sacra domini nostri invictissimi principis praecepta perlata sunt, statim, ut convenerat, debitum tribui famulatum. 2 Sed Eulalius ea obstinatione, qua sine praecepto sacro urbem ingressus est, etiam egredi constrictus per omnes potestates pari pertinacia detrectavit. nam vespertinis horis per officium urbanum id quod praeceperat invictissimus imperator ea die, qua perlatum est, ei innotuisse agnoscitur, domine semper illustrissime et sacratissime, magnifice meritoque sublimis ac praecelse patrone. quo lecto mandavit se diligentius tractaturum nec tamen instanter admonitus exire curavit. 3 Alia vero die rursus per omnem apparitionem etiam nocturnis horis admonitus collecta multitudine Lateranensem basilicam ausu temerario credidit invadendam. Verum habito tractatu cum proceribus omnibus officiis destinatis ut pelleretur iniunctum est. nam et vir spectabilis vicarius ad eandem basilicam ire decreverat, sed primo accedere prae nimio terrore non potuit. ego autem tam corporatis directis quam omni officio ideo illuc ire non potui, ne quis mihi aemulus faceret religionis invidiam. 4 Tamen salva excellentia vestra irrumpentibus pluribus corporatis et maioribus regionum, qui praeceptis imperialibus serviunt, de eadem ecclesia fugatus Eulalius, de urbe expulsus est atque adiunctis apparitoribus illuc directus, ubi iussus fuerat residere. 5 Mandatum etiam, ut vir religiosus sanctus Achilleus episcopus cum quiete, quae iussa sunt, illo eiecto sine strepitu populi pro sanctorum dierum reverentia celebraret. nam ad custodiam basilicae Lateranensis apparitores apposui, ne cui alii redderetur. Partis quoque Eulalii aliquanti capti sunt clerici seditionis auctores; de quibus quid iubeatur expecto. 6 Et quoniam de his interim quae gesta sunt universa virtutibus vestris credidi suggerenda, quicquid sequentibus diebus pro quiete urbis, quam vestra felicitas regit, gestum fuerit, singillatim pro rerum fide et ordine melioribus indiciis nuntiabo.

33. EXEMPLUM SACRARUM LITTERARUM SYMMACHO P. U. Moderatione prae-

2 enixe *Iuret* 3 VII AC *Ang.*; *in* V *post* VII *punctum ita ductum est, ut* (*superior*) *dimidia pars numeri* I *esse videatur*; VIII *Bar.*

32. *edd. Bar. ad a.* 419, 32; *edit. Symm. Iuret. auct.* 29, *Sciop. et Par.* X, 81 4 Exemplum . . patricium *om. edd.* 4 VRB̄ V 5 patritium A 5 per cuncta *edd.* 6 patrono *om. edd.* 6 S. praef. urb. *add. Iuret* 9 pertinatia V 9 detrect. V: detractavit A (*Ang.*) 10 oris VA 11 innotuisset VA, *corr. Bar.* 12 mandaui VA, *corr. Bar.* 13 diligentis A 14 rursum *edd.* 14 et iam? 14 admonitis VA 15 ausu V a *inter scribendum ex* et *correcta*, et usu A 15 invadendum *edd. Symm.* 16 iniuctum (*vel* inuictum) A 17 eamdem A 19 illud V, A *m.* 1, illuc (C. *Ang.*) A *m.* 2 20 irruentibus *edd.* 21 inperialibus V 22 illud V *et* A *m.* 1, illuc A *m.* 2 (C *Ang.*) 26 sunt *om. edd.* 28 suggerendum VA, *corr. Bar.* 29 suggestum *edd.*

33. *edd. Bar. ad a.* 419, 33; *edit. Symm. Iuret. auct.* 30, *Sciop. et Par.* X, 82 31 *Tit. om. edd.* 31 SYMACHO V, symacho A.

cipua egit nostra serenitas, ne locum possit invenire praesumptio. ideo enim in iudicio venerabilium sacerdotum est dilata cognitio, ut quicquid religio, quicquid veritas postulabat, absque ulla perturbatione hoc disceptatio tranquilla decerneret. 2 Sed Eulali usurpatione contra sententiam venerabilis synodi multa illicite commissa fuisse relationis textus edocuit; qui praesentia sua causam furoris populo subministrans totum perire voluit, quicquid moderatio nostra conservat. Nam cum ordinatione nostra et sententia episcoporum, quorum in synodo maior se multitudo † collectu erat, consensu etiam partium et professione id fieri definitum esset, ut sciret se specialiter esse damnatum, quicumque ad incitandum populum urbem fuisset ingressus: oblitus sui probavit ex praesenti facto, quale videatur habuisse principium. 3 Quoniam ergo recte hunc post tot admissa urbe constat depulsum, ad quam eum accedere non debere et clementiae nostrae et episcoporum videtur statuisse iudicium: Bonifatium venerabilem virum episcopum, ad cuius moderationem auctoritatem nostram recte censuimus esse iungendam, Symmache parens karissime atque amantissime, sublimitas tua urbem ingredi debere, nos statuisse cognoscat, ut sub eius gubernaculis religiosae legis reverentia moderatione solita compleatur. Data III. Nonas April., accepta VI. Id. April.

34. EXEMPLUM RELATIONIS SYMMACHI P. U. DE INGRESSU PAPAE BONIFATII AD PRINCIPEM SUPRA SCRIPTUM. Quaecumque deo auctore firmantur, merito divino pietatis vestrae iudicio proferuntur. nuper namque cum ad me famulum vestrum sacra clementiae vestrae emanasset auctoritas, qua omni ambiguitate summota venerabilis viri Bonifati episcopi maiestas vestra sacerdotium roboravit, tam grata universis quae iussa sunt extiterunt, ut haec et ordo amplissimus et Romanus populus comprobaret, domini imperatores Honori et Theodosi pii felices inclyti triumphatores semper Augusti. 2 Nam cum statuta caelestia per me essent recitata populis et edictis ex more ubique positis publicata, tantus favor et laetitia totius extitit civitatis, ut sibi et religionem redditam et praestitam quietis securitatem omnes gratulatione congrua testarentur. 3 Interiecto itaque biduo urbem supra memoratus venerabilis episcopus omni occurrente plebe ingressus est, sicut serenitas vestra constituit; officii quoque mei obsequia minime defuerunt. nec iam aliqua dissensio remanet populorum, cum omnes divino iudicio et maiestatis vestrae acquieverint

---

1 posset *edd.* 1 ideo: dei *edd.* 1 in *om. edd.* 4 Eulalii *Ang.*: eulalius VAC, per Eulalium *edd.* 6 noluit A, voluit V, *sed littera* v *litterae* n *similis est* 8 collectu erat VAC, collecta erat *Ang.*, collegerat *edd.* 10 probabit VA, *corr. Bar.* 10 principum VA 11 ego VA, *corr. Bar.* 11 urbē VA 11 depusum VA 12 et *post* deb. *om. edd.* 12 videretur *edd.* 13 bonifacium VA 14 esse *om. edd.* 14 carissime et *edd.* 16 solita VA (C *Ang.*) *Iuret*: solida *Bar.* 17 acc̄. VA.

34. *edd. Bar. ad a.* 419, 34; *edd. Symm. Iuret. auct.* 31, *Sciop. et Par.* X, 83 18 *Tit. om. edd.* 18 bonifacii A 19 scriptorum A 19 auctore firmantur *et* iudicio firmantur. Nuper *Bar.*; *unde Iuret corr.* auctore fiunt *et* iud. firmantur. 21 qua omni VA: quasi *edd.* 22 Bonifaci VA 22 sac. mai. vest. *edd. Symm.* 23 extitere *edd.* 23 ħ VA, hoc *edd.* 24 domine imperator. Nam *edd. Symm.* 24 incliti A, invicti *Bar.* 25 aug̅. VA 25 celestia VA 26 ubique *om. edd.* 26 possitis VA, propositis *Iuret* 26 fervor *edd.* 26 leticia VA 27 s̍ V, sibi A, scilicet *edd.* 28 testarent VA, *corr. Bar.* 29 accurrente *edd.* 31 cum VA: et *edd.* 31 acquieverint *nos*: acquieuerant VA.

voluntati. 4 Cessantibus igitur studiis unum omnes, quod praecepto dei admoniti statuistis, sentire coeperunt. atque acclamationibus, quae subiectae sunt, gaudii sui causas plebs Romana testata est ac serenitati vestrae gratias in dies singulos agere non desistit, quorum provisio sicut pacem orbis tuetur, item quietem urbis restituit populorumque concordiam.

35. EXEMPLUM SACRARUM LITTERARUM PROCONSULI AFRICAE. Victor Honorius inclytus triumphator semper Augustus Largo proconsuli. Inter omnes curas nec illa nos minus sollicitant, quae pertinere ad sacerdotium iudicamus. 2 Cum enim de confirmando episcopo urbis aeternae controversia tractaretur atque hi, qui in unum positi erant, episcopi de tanto negotio paucos se aestimarent ad sententiam proferendam, placuerat, sicut sacri apices cucurrerunt, ut ex Africanis vel Gallicanis provinciis plures episcopi commearent, ea videlicet ratione ne in medio tempore quicquam praesumeretur. id quod nostra sententia ordinaverat vel quod statuisse synodi sententia videbatur. 3 Sed his omnibus despectis Eulalius sola usurpatione moram credidit occupandam. quem, sicut decebat, nostra auctoritate constat expulsum ac sanctum Bonifatium episcopum roboratum. 4 Et quoniam consumptum negotium est, incongruum nostra clementia iudicavit, si episcopi navigationis vel itineris iniuriam paterentur. unde sciat spectabilitas tua synodum fuisse solutam. Admone igitur praemissis sacris affatibus auctoritate tua singulos sacerdotes, ut sciant hanc ordinationem esse servandam, quae continet, ut quisque in ecclesia sua orationibus vacet, ut convenit, propterea quod causa optimo iudicio iam terminata videatur. Data sub die VII. Id. April.

36. EPISTOLA LARGI PROC. AD AURELIUM EPISCOPUM CARTHAG. Domino parenti honorabili Aurelio episcopo Largus. De merito sacerdotis quem suis deus idoneum probavit esse certamen < scias finitum >. Sanctum igitur ac venerabilem virum Bonifatium urbis Romae episcopum firmavit clementia principalis, cuius electione dudum sanctitatem tuam praecepit acciri, sicut sacri testantur affatus sui cum veneratione prolati. Oportet igitur populos ecclesiasque tuas festinanter invisas, cui navigationis est adempta necessitas. ET ALIA MANU: Incolumem te divinus favor praestet annis compluribus, domine pater merito honorabilis.

---

1 g̊ VA, ergo *edd.* 1 unum *om. edd.* 2 subiecta VA *Bar., corr. Iuret* 4 pacem urbis VA *Bar., corr. Iuret* 4 urƀ V, urbis A 5 populorum (*vel* populi) *nos,* populo VA *edd.*

35. *ed. Bar. ad a.* 419, 36 (*Haenel corp. leg. p.* 240) 6 *Tit. priorem om. edd.* 6 exemplar A 6 Affricae *A* 7 triumphator VA: imperator *edd.* 8 sollicitat quam *edd.* 8 confirmanda V, A *m.* 1: *corr.* A *m.* 2 9 ei? 10 negocio VA 10 estimarent VA: existimaverint *edd.* 11 vel: et *edd.* 12 ne *add. edd., om.* VA, in *om. edd.* 13 vel: et *edd.* 14 moram: Romam? 16 bonifacium VA 17 vel: et *edd.* 18 admone *edd.*: admonere VAC, admoneat *Ang.* 21 propter quod VAC *Ang. m.* 1, propterea quod *Ang. m.* 2 *edd.* 21 sub đ. VA.

36. *Edd. Baronius ad a.* 419, 37. *Haenel Corp. leg. p.* 240 23 *Tit. priorem om. edd.* 23 CARTAG. VA 24 ds̄ idoneū probauit ēē certam̄. Sanctum VAC *Ang.*: dominus idoneum probavit scias sublatum esse certamen. Sanctum *edd.* 26 bonifacium A 29 dempta *edd.* 29 et alia manu AC *Ang.* 29 incolum̄ VA 29 divinus *Ang.*: uidimus VAC, domini *edd.*

Epistulam Bonifatii (37^a) collectione Avellana non traditam inserui, ut ex verbis petentis verba respondentis (37^b) clarius intellegerentur. codices pro meis viribus multos curavi conferendos, ut duas quaestiones maioris momenti non solverem, sed solvendas proponerem. Canones synodorum et epistulae pontificum Romanorum cum primitus undecumque secundum seriem annorum edita essent, Ballerinii, Maassen, alii, quibus collectionibus tradita essent investigarunt et, imprimis ratione habita quae scripta quo ordine composita essent, collectionum variarum genera atque stemmata quaedam constituerunt. quorum sententiae ut ab omni parte evadant firmae, aliud argumentorum genus accedere debet: codices, quibus eadem collectio continetur, easdem, codices, quibus similes collectiones continentur, similes exhibeant lectiones necesse est. propter ingentem molem codicum eiusmodi argumenta hucusque vix sunt adhibita. ergo aliquot codices collectionum, quibus has epistulas Bonifatii et Honorii servatas esse Maassen (Gesch. d. Qu. I § 278, 5 et § 318, 36) docuit, conferendos curavi. iam quae Maassenius volumine illo de stemmate collectionum exposuit quatenus cum lectionibus codicum conveniant excutiamus.

(Vat. Par. Bibl.) Antiquissimam statuunt esse collectionem a Dionysio Exiguo (a. 498—514) compositam et traditam codice Vaticano 5845 (Vat.) et Parisino 3837 saec. IX (Par.), editam in Bibliotheca iuris canonici veteris a. 1661 I p. 183 (Bibl.; cf. Maassen I p. 431—436). At codices Vat. et Par. neque virtute lectionum excellunt, neque inter se magis quam cum codicibus aliarum collectionum consentiunt. sic 37^b tit. aeternae Par.: Romae Vat.; 37^b fin. sua Vat. prave cum multis: om. Par.

(Corb. Fris. Rat.) Collectionis Dionysio-Hadrianae Maassen (p. 441) 71 codices laudat: collatos affero n° 20 = monac. 6355 saec. IX (Corb.), n° 29 = monac. 6242 saec. IX—X (Fris.), n° 28 = monac. 14008 saec. IX—X (Rat.). Re vera codices Corb. et Fris. (manus 1.) multis locis inter se consentiunt, nonnullis cum Par. et Vat.; aliquotiens Corb. et Fris. inter se differunt. At codex Rat. saepissime ab eis discedit et stat a parte diversa codicum Colb. Luc. Blas.; itaque non 'auctam Hadrianam' (Maassen p. 454), sed aliam verborum conformationem exhibet.

(Blass. Colb. Luc.) Collectionis S. Blasii Maassen (p. 504) 5 codices enumerat: lectiones exhibeo codicis Sanblasiani 6, saec. VI (Blas.), Parisini 3836 saec. VIII (Colb.), Lucensis 490 saec. IX (Luc.). hi codices antiquissimi valde discedunt a vulgaribus: at paucas lectiones egregias, multas depravatas praestant.

(Reg.) Collectionem codicis Teatini = Vatican. Regin. 1997 saec. VIII. vel IX. (Reg.) Maassen (p. 500—504; 526) collectioni S. Blasii affinem vocat. At lectiones maxime differunt.

(Dies.). Codicis Diessensis = monac. 5508, saec. IX. (Dies.) eam partem, qua epistulae 37^a et 37^b continentur, Maassen (p. 631) e codicis Teatini (Reg.) collectione similive (cf. p. 511) manasse dicit. A lectionibus codicis Reg. lectiones codicis Diess. valde differunt, at saepissime consentiunt cum collectione S. Blasii.

(Vind.) Collectionis Hispanae Maassen (p. 667) laudat 13 codices: Lectiones affero codicis Vindobonensis 411 saec. IX.—X. (Vind.). Codicem Vindobonensem Maassen (p. 710) audacissime interpolatum esse suo iure dixit. at quod epistulas pontificum ex collectione Dionysi Exigui desumptas esse statuit (p. 438. 702), id non probatur lectionibus codicis Vind., quae saepe differant a codicibus Vat. Par. (Corb. Fris.), nonnumquam rectius se habeant.

Ergo cum eis, quae Maassen de cognatione collectionum statuit, horum codicum lectiones magnam partem non conveniunt. Sed quam saepe codices aliorum codicum lectionibus inquinati sint, exemplis codicum Blas. Diess. Fris. probari potest; deinde protuli tantummodo 11 codicum lectiones ad duas epistulas: qui plures codices ad plures epistulas excusserit, fortasse aliam Maassenii sententiis magis faventem lectionum rationem nobis probabit. At necesse est, ut aut lectiones codicum cum opinionibus de affinitate collectionum convenire aut cur discrepent demonstretur. sin minus, de ipsis opinionibus dubitabitur.

Iam ad alteram quaestionem altiorem accedamus. ep. 37 § 2 id est licitis, § 4 quam

tibi qui est principi Christiano, § 6 ista mandat legatio neque a me neque ab aliis inspecti codices sinceram lectionem prodiderunt. ecce res mira et magni momenti! cum ex variis collectionibus antiquitus compositis et ex plurimis iisdemque antiquissimis codicibus quasi ex multis atque veridicis testibus ipsam veritatem cognoscere nos posse speraverimus, et codices et collectiones apparet omnes manasse ex uno codice circiter VI. p. Chr. saeculo composito. codicis eius voces multas per neglegentes scribas vitiatas fuisse, grave est: gravius multis locis eum interpolatum fuisse ab homine ut haud indocto ita confidenti.

Amplus libellus a Marcellino et Faustino imperatoribus oblatus (Sirmondi opera I p. 230) secundum Maassenium (p. 353) praeter collectionem Avellanam (ep. 2) tribus collectionibus traditur: I collectione codicis Paris. 12097 (Corb. 26; Sangerm. 936) saec. VI—VII (Maassen p. 559). II collectione codicis Albigensis: a) cod. Albig. saec. IX. b) cod. Tolos. saec. VIII—IX. (Maassen p. 597). III collectione codicis Pithoeani = Paris. 1564 (Colb. 1863) saec. IX. praeterea libellum inveni in codice S. Galli 190 saec. IX. Codicum Albigensis et Tolosani nil nisi inscriptionem ex Maassenio novi; Parisinum 12097 H. Graeven Hannoveranus, Parisinum 1564 H. Omont vir clarissimus liberalissime in meum usum excusserunt; codicem S. Galli ipse contuli.

In collectione Avellana his precibus inscriptum est EPISTULA CATHOLICORUM: *in codice Paris. 12097 errore scribentis '*EPISTULA EPISCOPORUM AD IMPERATORES *brevis statutorum'; in ceteris 4 codicibus 'De confessione verae fidei et ostentatione (et ost. om. Par. 1564) sacrae communionis (communis Par. 1564 et S. Gall.) et persecutione (persecutionis Par. 1564 et S. Gall.) adversante veritati' (veritatis Par. 1564 et S. Gall.); dubium non est, quin idem inscriptum fuerit codici, ex quo Paris. 12097 descriptus est. at haec inscriptio ficta est ex extrema narratione illa quae una collectione Avellana servata (n° 1) antecedit 'ex quibus Marcellinus et Faustinus presbyteri de confessione v. f. et ost. s. c. et persecutione adversantium veritati preces Valentiniano Theodosio et Arcadio principibus obtulerunt ita'. Deinde in codicibus Par. 12097 et 1564 et S. Galli (certo etiam in codd. Albig. et Tolos.) nonnullae partes huius libelli omissae sunt, ita ut dimidia pars desit. Ergo textus huius libelli redit ad duas recensiones: alteram collectionis Avellanae integram, alteram vulgatam interpolatam. Eadem ratione factum est, ut ep. 37b § 1 Avellana collectione traditum sit 'Scripta . . suscepimus, ommipotenti deo maximas gratias referentes quod', at recensione vulgata 'Scripta . . suscepimus, quibus recensitis egimus omnipotenti deo maximas gratias quod'.*

Oritur suspicio magnam partem epistularum, quae codicibus iuris canonici vulgatis traditae sunt, redire ad unam eandemque collectionem ut antiquissimam ita et erroribus describentium et interpolantis cuiusdam audacia misere vitiatam. haec quaestio studio ampliore et altiore digna ita solvi possit, ut ad eas epistulas, quae non solum vulgatis codicibus sed etiam aut libris rerum scriptorum aliorumque aut collectione Avellana (circit. 25) memoriae proditae sunt, quam plurimi codices conferantur.

Interim constat lectionem Avellanam et vulgatam plane esse diversas; itaque etsi lectio vulgata et plurimis et antiquissimis codicibus, Avellana uno codice Vaticano 3787 saec. XI nitatur, tamen modo hanc modo illam veram esse; ubi codices vulgati inter se differant, lectionem quae cum Avellana concordet veram, quae dissentiat falsam esse.

Lectiones codicum multis hominibus doctis debeo, quibus gratias quam maximas ago. Vat. = Vatic. 5845 fol. 101, 3 contulit A. Mau. Par. = Paris. 3837 f. 128. saec. IX; cont. H. Omont. Bibl. = Bibliotheca iuris canonici, 1661, I. Codices Monacenses, quorum lectiones Georgio Laubmann debeo, : Corb. = 6355 saec. IX. f. 165; Fris. = 6242, saec. IX—X. f. 183; Rat. = 14008 saec. IX—X. f. 103; Diess. = 5508 saec. IX. f. 49. accedunt paucae lectiones ex (Aug.) = 3860 saec. X. f. 172; (aug.) = 3860a saec. X. f. 111; (dies.) = 5525 saec. XII. f. 78. Blas. = Sanblasiani 6 saec. VI. f. 100, cuius lectiones debeo Anselmo Achatz archivario S. Pauli in Karinthia. Colb. = Paris. 3836 (Colb. 784) s. VIII. f. 66, cuius lectiones Henrico Omont debeo. Luc. = Lucensis in Bibliotheca Capitulari seu Feliciana 490 plut. VII saec. VIII., cuius lectiones praefecto archivii Salvatori Bongi debeo. Reg. = Vatic. Regin. 1997 saec. VIII. vel. IX—X. f. 111, cuius lectiones Augusto Mau debeo. Vind. = Vin-

dobonensis n° 411 saec. IX. f. 258, cuius lectiones Eugenio Bormann debeo. **Ans.** = *Collectio Anselmo dedicata; codicis Bambergensis lectiones praefectus bibliothecae Leitschuh enotavit.* **Hisp.** = *Hispana ed. Migne Curs. Patrol. 84, p. 675.* **Grat.** = *Gratiani Decreti ed. Friedberg, dist. 97, c.*

37ª. *Supplicatio papae Bonifatii, ut constituatur a principe, quatenus in urbe Roma numquam per ambitum ordinetur antistes. Bonifatius episcopus Honorio Augusto. Ecclesiae meae, cui deus noster meum sacerdotium, vobis res humanas regentibus, deputavit, cura constringit, ne causis eius, quamvis adhuc corporis incommoditate detinear, conventus a sacerdotibus universis et clericis et Christianae plebis perturbationibus agitatus, apud aures christianissimi principis desim. si quid enim secus quam oportet eveniat, non vos id facere, qui cuncta aequa moderatione componitis, sed nos per nostram tacentes desidiam videbimur, quod civitatis quietem et ecclesiae pacem pervertere valeat, admisisse. 2 cum enim humanis rebus divinae cultor religionis domino favente praesideas, nostra culpa erit, si non id sub vestra gloria quam certum est divinis semper rebus animo promptiore favisse, firmo et stabili iure custodiatur, quod per tot annorum seriem et sub illis etiam principibus obtinuit, quos nulla nostrae religionis cura constrinxit*

1 Epistola decretorum papae Bonifatii ad Honorium Augustum. *Cod. par. suppl. lat.* 840 EPISTULE DECRETORUM PAPE BONEFACIO AD HONORIUM AUGUSTUM *Vind. Tit. priorem om. Luc. Blas. Colb. Dies. Reg. Corb.* (*dies.*) *Car. Bar. habent Rat. Fris.* (*Aug. aug.*). *Vat. Par. Coust. Hisp. Bibl. Ans.* 1 sublicatio *Vind.*, subscriptio *Aug.* 1 pap. Bon. *om. Coust.*, eiusdem papae *Vind., Hisp.*, papae *Par.* 1 bonifati *Vat.*, bonifacii *aug.* 2 abitum *Rat.* 2 antistites *Rat.*, antestites *Par.*, antistis *Vat.* 2 per amb. numq. non pontifex ordinetur. *Vind. et* (*om.* non) *Coust. Hisp.* 2 Bonifacii papae Cap. I. *Ans.* 2 Bonefatius *Par.*, bonifacius (*aug. dies.*); Bonifatius Honorio. *Rat. ad* 1 *et* 2 *Grat.*: Bonifatius Episcopus suplicationis epistolam Honorio Augusto destinavit, dicens: Epistola Bonifatii ad Honorium Augustum. 2 imperatori *Bar.* 3 meae: me *Bar.*; romanae, *in margine* meae *scripto, Corb.*; meae, *sup. lin.* romanae *add., Dies*; meae romanae *Fris.* 3 cui *om. Par.* 3 noster: non *Reg.*, NRE (nostre) *Vind.* 3 noster meo *Par.* 3 deputabit *Blas. Dies.* 4 nos cura *Grat.* 4 constringi *Reg.* 4 nec ausis *Vat.*, nec causis *Vind.*, ne causas *Bar.* 4 adhuc ad *Luc. Colb.*; ad, *in marg.* huc *addito, Blas.* 4 incommoditatem *Luc. Blas.*, commoditate *Par.* 4 detenear *Blas. Dies. Par. Vind.* 5 conventus *Luc.*; *Colb. Blas. m.* 1; *Coust.* propter conventus qui *Blas. m.* 2; *Dies. Rat. Corb. Fris. Reg. Par. Vat. Vind.* (*Aug. aug. dies.*) *Car. Bar. Bibl. Hisp. Ans. Grat.* 5 et cler. univ. *Grat.* 5 uniuersis ecclesiasticis et christ. *Vind.* 5 agitatus *Colb.* (*Coust.*), agitatur *Luc.*, *Blas. m.* 1, agitantur *Blas. m.* 2 *et omnes ceteri codices*; *Car. Bar. Hisp. Bibl. Ans. Grat.* 6 aput *Luc. Blas. Colb.* 6 sedim *Reg.*, aestimemur deesse *Grat.*, destinamur. (Si quid) *Vind.* 6 quid enim: quidem *Corb. Fris.* (*dies*). *Car. Bar. Bibl.*; enim *Grat.* 6 oportit *Dies.*, oporter *Vat.*, oporteat *Car. Bar.* 6 et eveniat *Luc.* 7 aequa: ea qua *Colb.* 7 conpon. *Colb. Blas. Dies. Corb. Fris. Vind.* 7 nostra *Rat.*, nostrum *Corb. Fris. m.* 1 8 tacentes (*Dies. m.* 2, *Ans.*): facientes *Blas. Dies. m.* 1, tacentem *Grat.* 8 desideriam *Luc.* 8 videuimur *Rat.* 8 et *om. Par. Corb. Fris. Bar. Bibl. Ans.* 8 pervetere *Blas.* 8 valeat: uidear *Luc. Blas. Colb. Dies. Rat.* 8 ualeat misisse *Vind.* 9 amisisse *Corb.*, *Fris. m.* 1, *Reg. Bibl.* 9 admisisse. cum: admissis. secundum *Luc. Blas. Dies.*; valeat admisse cum: vel ea tam missis. secum *Par.* 9 cultorel. *Luc. Blas. Colb. Dies* 9 relegionis *Blas.*, religiosis *Corb.*, *Fris. m.* 1, regionis *Vind.* 9 fabente *Vat.*, uente *Vind.* 9 praesidias *Vind. Corb.*, *Fris. m.* 1, provideas *Grat.*; per insidias *Par.* 10 culpauerit *Corb.*; *post* culpa *littera erasa est in Fris.* 10 nostra *Par.* 11 promptiore *Blas. Colb. Reg.*, prumpt. *Dies. Par.*, promt. *ceteri*; propensiori *plures codd. Gratiani*, propensiori vel promptiore favisse et *pauciores*. 11 fuisse *Luc.* 11 stabiletur et cust. *Vind.* 11 custudietur (*in corr.*) *Vind.*, custodiat *Luc. Blas. Colb. Reg.* 11 tota annorum *Par.* 12 et *post* seriem *om. Grat.* 12 illis: vilis *Luc.* 12 optinuit *Vat. Ans.* 12 nostra *Dies.* 12 religionis *Luc. Vind.*, regionis *Rat.* 12 constringit *Dies.*

† id est licitis et sub vestrae imperio clementiae minime quae sunt inlicita formidentur. 3 Ipsa enim ecclesia devotionem tuam christianissime imperator, meo quidem sermone sed suo venerabili appellat affectu, quam Christus deus noster vestri fidus rector et gubernator imperii uni desponsatam sibi et intactam virginem servat, ne in eam aliquos patiamini insidiantium procellarum fluctus inlidi et quietam faciem tempestatis insolitae tumore turbari, gloriosissime et tranquillissime imperator Auguste. 4 ipsa ergo, quae uni desponsata vestra tamen mater est, ecclesia hac pietatem vestram legatione, quam suis sacerdotibus commisit, appellat; praeterita praesentiaque repetit: vobis, inquit, religiose imperantibus modo tutus est populus tam fidus deo quam tibi, principi christiano. ecce enim inter ipsa mysteria, inter preces suas, quas pro vestri felicitate dependit imperii, teste apud quem et de cuius sede agitur sancto Petro sollicitis pro religionis observantia vocibus

---

1 id est licitis et *Blas. m.* 2, *Dies. Fris. m.* 1, *Corb. Vat. Par. Reg.* (*Aug. aug. dies.*). *Ans.*); id est delictis et *Blas. m.* 1; id est delicitis et *Colb. Fris. m.* 2; *om. Luc.*; (constrixisset) fidens uteretur licitis et *Vind.*; id est ut fidens utar licitis et *Car. Hisp. et* (sed licitis ut) *Bar.*; id est ut serventur licita et *Bibl.*; id est ut licita serventur et *Grat.* id est ethnicis et *Coust.*; videlicet si *an* (*interpolatione* 'id est ethnicis' *abiecta*) constrinxit, et si sub? 1 vestro *Luc. Blas. Colb. Dies. Rat. Fris. m.* 1. *Corb. Reg.* 1 clem. imp. *Ans.* 1 clementi que sunt *Vind.* 1 minimae *Blas. Reg. om. Hisp.* 1 illicita *Rat.* 1 formidetur *Vind.* 2 ecclesiam *Reg.*, *om. Luc.*, *Colb.*, *Blas. m.* 1; *in cod. Dies. post* enim *aliquid erasum est* 2 In eo *Dies. m.* 1, meum *Reg.*, non meo 'alias'; *Car.* (*Gratiani codd. multi*) 2 sermonem *Reg. Blas. m.* 1 3 sua *Vind.* 3 venerabilis *Reg. Vat.*, *Coust. ex cod. Colbert.* 3 affatu 'alias' *Car.*; effectu aquam *Luc. Blas.*; sub suo venerabili adquiescat affectu. aquam (a *expuncta*) *Dies.* 3 aff. app. *Grat.* 3 dominus *Rat. Reg. Hisp.* 3 fidus: fodus (e *sup. lin. add.*) *Blas.*; foetus *Dies.* 3 victor *Bar.*; vestrae fidei rector et vestri imp. gub. *Grat.* 4 unam *Ans.* 4 sibi uni desp. *Grat.* 4 unde sponsatam *Colb. Vind.*; disponsatam *Dies. Rat. Reg. Par.* 4 servat ut non *Vind. Hisp.*, servate et ne *Luc. Blas. Colb.*, servat et ne *Dies.*, servat nec *Par. Bibl.* 4 ea *Rat. Corb. Vat. Ans. Grat.* 4 aliquis *Luc.* 5 insidiantiam *Dies.* 5 fructus *Rat.*, fluentos *Vind.* 5 qui ita faciet *Vind.*, quieta facie *Hisp.* 5 insolita et uni ore *Luc. Blas.*; insolita ut uni ore turbarit *Colb.* 5 rumore *Bar.* 6 tranquill. *om. Ans.* 6 semper Auguste *Grat.* 6 ergo: uero *Corb. Bibl. Ans. Grat.* 6 uniti *Vind.* 7 disponsata *Dies. Vind. Reg. Par.*; desp. est *Grat.* 7 vestra *om. Ans.* 7 hac: hoc *Blas. Colb. Rat. Dies. m.* 1; *om. Vind. Hisp. Grat.* 7 pietate *Ans.* 7 legationem *Blas. Colb. Dies. Rat. Fris. m.* 1. *Par. Ans.* 7 qua *Vat.* 7 suis *om. Rat.* 8 adpellat *Colb.* 8 praesentia quae *Blas. Colb. Dies. Reg. Vat.* 8 repperit *Dies. m.* 1, reppetit *m.* 2 8 vobis inquit religiose *Fris. et* (inquid) *Corb. Par. Vat.*: v. inquid religio *Reg.*; vobis quid relio *Colb.*, v. quid religio, se *sup. lin. add.*, *Blas.*; v. inquit qui religio *Luc.*; v. quid religiose *Dies.*; v. qui religiose *Rat.*; in v. quibus relegio *Vind. et* (religiose) *Hisp.* 8 gloriose *Bar.*, religiosissime *Grat.*; religiosis imperatoribus *Ans.* 8 imperantibus creuit. Meus modo tuus est populus *Vind.*; *item, sed om.* est *Hisp.*, crevit meus qui modo t. est p. *Car. Bar.* 9 totus *Blas. Colb. Vat. Dies. m.* 1. *Par.* 9 tam: iam *Colb.* 9 quam tibi principi christiano *Coust. ex codd. sincerioribus* (?): (deo) quia principi christiano *Luc.*, quam tibi qui est principi christiano *Blas. Colb. Dies. Corb. Reg. Vat. Par. Vind.* (*dies. m.* 1) quam t. q. es principi christiano *Rat. Fris. m.* 1. quam t. q. es princeps christianus (*Fris. m.* 2?), *Car. Bar. Bibl. et* (*sed* Christianorum) *Hisp.*, quam vobis qui estis princeps christianus *Grat.* quam vobis qui estis principes christiani *Ans. Fris. m.* 2, (*Aug. aug. dies. m.* 2). 10 ipsa *om. Grat.* 10 pro *om. Blas. Dies.* 10 vestra *Luc. Blas. Colb. Dies. Vind.* 10 testem *Dies.* 11 aput *Luc. Blas. Reg.* 11 quam *Colb.* 11 et *om. Vind.* 11 sedem *Luc. Blas. Colb. Dies.* 11 agitor *Blas.* 11 sollicitus *Luc. Blas. Dies.* 11 prolegionis *Rat. Vind.*

clamat; cum sollicita petitione miscetur oratio, ne hos in varias res semel evulsa distrahat a cultu solito temptatore sollicitante discordia. 5 ageret pluribus, princeps christianissime, nisi apud te suarum esset secura causarum et in oppressionibus idolorum, in haereticorum correctionibus fide tua divino cultu pariter cum imperio semper florente vicisset. habet refugium tuae mansuetudinis animum cum suae religionis veneratione coniunctum, cum quidquid huic proficiat vos agatis. 6 conferatis fratribus et consacerdotibus meis probatissimis viris a me et ab omnibus qui ecclesiam faciunt istam, ad te legatis. quibus, precamur, sacrae causam religionis prosequentibus in urbe vestrae mansuetudinis hoc animo, quo postulatis annuetis, in perpetuum statui universalis ecclesiae consulatis. Data Kal. Iul.

---

1 clamat *Vind.* (*Reg.*?) *Hisp. Grat.*: clamant *Luc. Blas. Colb. Dies. Rat. Corb. Fris. Vat. Par. Ans.* 1 solita appetitione *Vind.* 1 peticionem *Reg.* 1 neminiscetur *Luc.* 1 miscetur ratione uos in *Vind.* 1 ratio *Rat.*, oratione *Corb. Hisp.*, ac ratio *Ans.* 1 *ad* hos *Coustant adnotat* '*posteriores edit. concil.* ne nos. *Gratianus vero ita decurtavit hunc locum* ne humanas res solito tentatore occulto sollicitante semel evulsa discordia distrahat. *pronomen* hos *ad populum referre licet*'. *Friedberg ex suis codd. Gratiani*: ne hos in varias res solit. tempt. occulte sollic. sem. ev. disc. distrahat 1 uulsa *Blas. Dies. m.* 1. *Colb.*; avulsa *Hisp.* sem ea uulsa *Vind.* 1 distraat *Dies.*, detrahat *Par. Vind. Hisp.* 2 simile uult satis trahat *Luc.* 2 et a *Hisp.*, ate *Vind.* 2 culto *Vat. m.* 1, cuncto *Luc.* 2 solido *Dies. m.* 1 2 temptatores *Reg.*, temptatione *Luc.*, temptare *Vind.* 2 dissociat *Luc. Blas. m.* 1, *Colb.*, dissociet *Hisp.*, die socii et *Vind.* 2 angeretur *Hisp. Grat. Car. Bar.*; agere *Luc. Colb. Blas. Reg.*; agerit *Dies. m.* 1. 2 principis *Reg.*; principes (christianissime) *Bar.* 3 mater ecclesia, nisi *Grat. Car. Bar* 3 aput thesaurum esset secura causarum *Reg.*; apud te suarum esse curam causarum thesaurum causarum esse secura *Corb. et Fris. m.* 1, *in quo m.* 2. esset secura *pro* esse curam *correxit* 3 esse cura *Colb.*; esset cura *Luc. Dies. Rat.* 3 et nisi in *Car. Bar.*; et *om. Par. Vind.* 3 obpressionibus *Luc.*, obpraess. *Corb. Fris.* 3 dolorum *Luc.*, *Dies. m.* 1, *Colb.* 3 heredicorum *Dies.*, heraet. *Corb.* 4 correptionibus *Colb. Dies. Vind.*, corruptionibus *Rat.* 4 culto *Dies. m.* 1 4 pariter: partē *Vind.* 4 sempiterno *Vat.* 4 florentē *Vind.* 4 vicisse *Luc.*, vicis sed *Vat.* 5 pium tuae *Grat. Car. Bar.* 5 cum sup. lin. *Blas.* 5 sua *Luc.* 5 relegionis *Vind.* 6 quid *Par.* 6 huic prouincia ad uos agetis *Vind.* 6 agitis *Rat.* 6 agatis et conferatis *Car. Bar. Hisp.* 6 pro beatissimis *Vat.* 7 istam ad te legatis *Coustant*: ista mandat legatio *Luc. Blas. Dies. Rat.*, ista mundat legatio *Colb.* istam unde legatio *Par.* ista munda legatio '*reliqui veteres codices*' *Coust.*; *Reg. Vat.* (*Aug. aug.*). *Ans.*; ista mandat munda legatio *Corb. Fris. m.* 1. (*dies. m.* 1); ista munda legatio est *Fris. m.* 2. (*aug. m.* 2. *dies. m.* 2); (faciunt) testamenta legatio *Vind.*, legatis *Hisp.*, *Grat.*, istius modi legatis *Car. Bibl.*, huiusmodi legatis *Bar.* 7 quibus prosequentibus (precamur) causa sacrae rel. ut in *Grat.* 8 causa *Luc. Colb. Rat. Corb. Vat. Reg. Par. Ans.*, causae *Blas. Dies.* 8 religionis causam *Vind.* 8 urbem vestram *Luc. Blas. Colb. Dies.* 8 urbe *om. Vind.* 9 qui *Ans.* 9 postulastis *Bar. Par.*, postolastis *Dies.* 9 annuetis *Luc. Blas. Colb. Dies. Corb. Fris. m.* 1. annuitis *Rat. Reg. Par. Fris. m.* 2. *edit. Grat.*, *om. Vat.* 9 anime quod postulamus annuatis et in *Vind.*; postulamus adunatis et in *Hisp.* 9 im perpet. *Rat.* 9 statum *Luc. Blas. Bar.*, statutum *Colb. Dies.*, statu *Vind. Reg.*, ista tui *Vat.*, statutis *Ans.* 9 universali *Rat. Vind. Fris. m.* 2 9 ecclesia *Blas.* 9 consolatis *Colb. Dies. Par. Vind.* 10 dat. *Par. Reg. Vind.*, data *Luc. Colb. Dies.*, datum *Rat. Corb. Fris.*, *om. Vat. Grat.* 10 kl. iul. *Dies. Rat. Par. Reg. Vind.*, kl. iulias *Colb. Corb. Fris.*, kalendas iulias *Blas.*, kalendis iulii *Luc.*, *om. Vat. Grat.*

37. EPISTOLA IMPERATORIS HONORII AD BONIFATIUM EPISCOPUM ROM. QUA STATUIT UT SI ORDINATI FUERINT DUO EPISCOPI AMBO DE CIVITATE PELLANTUR. Victor Honorius inclytus triumphator semper Augustus sancto ac venerabili BONIFATIO papae urbis aeternae. Scripta beatitudinis tuae debita reverentiae gratulatione suscepimus, omnipotenti deo maximas gratias referentes, quod sanctimoniam tuam post longum incommodum optatae redditam didicimus sanitati. Et ideo revertentibus venerabilibus viris gaudium nostrum sacrorum apicum attestatione signamus ac petimus, ut cottidianis orationibus apostolatus tuus studium ac votum suum circa salutem atque imperium nostrum dignetur impendere. 2 Illud autem pietati nostrae satis placuisse cognosce, quod sanctimonia tua de ecclesiarum aut populi perturbatione sollicita est, quae ne aliqua ratione possit evenire, satis clementia nostra credidit esse provisum. 3 Denique praedicante beatitudine tua id ad cunctorum clericorum notitiam volumus pervenire, ut, si quid forte religioni tuae, quod non optamus, humana sorte contigerit, sciant omnes

---

1 (I) Epistola . . pellantur *sic* V et A, *sed* bonifacium A. (II) Rescriptum Honori Augusti ad Bonifatium papa in qua (*sic*) statuit, ut si denuo ordinati fuerint duo ambo de civitate pellantur: *sic Luc. Blas. Dies. Colb.* (rescribtum *Blas. Colb.*; bonefacium *Dies.*; duo fuerint ambo *Dies.*;) (III) Rescriptum Honorii Augusti ad Bonifatium, papam Romanum in quo statuit ut si denuo Romae episcopi ordinati fuerint duo ambo de civitate pellantur. *sic Rat. Fris.* (*Aug. aug.*) *Reg. Par. Vat. Bibl. Cod. par. suppl. lat.* 840; *Vind. Hisp.* (Rescribtum *Reg.* honori *Reg.* honorio *Vind.* Aug. *om. Vind.* bonifacium (*aug.*) *Reg.*, BONEFATIUM *Vind.* papa *Reg.* Romanum *om. Vind. Hisp.* episcopi *om. Reg.* II. (duo) *sup. lin. add. Par.* pelantur *Par.*) (IV) *om. Corb.* (*dies.*). *Car. Bar.* 3 Viator *Colb.* 3 inclitus *Luc. Blas. Rat.* 3 triumfator *Colb.* 3 ac: ad *Luc.* 3 benerabilis *Luc.*, *om. Rat.* 4 Bonifatio *Luc. Dies. Colb. Reg. Vat. Par.*, benefatio *Rat.*, Bonifacio *ceteri codd. et edd.*: *om.* VA 4 aeternae: romae *Vind. Vat. Hisp.* 4 Scribta *Colb. Vind. Reg.* 4 devita *Vind. Corb.* 4 reuerentia et *Vat.*, reuerentia *Vind.* 5 suscipimus *Blas. Dies.* 5 suscepimus quibus recensitis egimus omnip. *codd. can.* (*etiam Aug. aug. diess.*) *et edd.*, *sed* recensetis *Colb. Corb. Reg.*, recensetis, i *super e scr.*, *Fris.* (*dies.*), reconcensetis *Rat.* 5 omnipotentis *Rat.* 5 referentes VA, *om. codd. can.* (*etiam Aug. aug. dies.*) *et edd.* 5 sanctimonia tua *Luc. Blas. Colb.* 6 incommodo *Dies.* 6 optate *Colb. Dies*, obtate *Vind. Reg.*, aptatae *Par.* 6 dedicimus *Dies.*, dicimus *Luc. Blas.* 6 sanitatem *Luc. Blas. Colb. et Dies. ante corr.*, sc̄itati (sanctitati) *Reg.* 6 reuertentibus VA; *Dies. Vind. Par. Vat. Corb. Fris. m.* 2. *edd. Car. Bar. Coust. Bibl.*: reuerentibus *Luc. Blas. Colb. Reg. Rat. Fris. m.* 1; *ed. Hisp.* 7 ueralibus, ne *sup. lin. m. ant.*, *Reg.* 7 nostrorum sacr. *Vind.*; nostrorum apicibus *Par.* 7 adtestatione *Luc. Colb. Reg. Vind. Vat. Rat. Fris. Corb. Par.* 7 significamus *Dies.* 7 ac petimus *omnes can. codd. et edd.* (hac *Vind.*): *om.* VA 8 ut VA *Vind. Coust.*: uti *codd. can. et edd. Car. Bar. Bibl.* 8 cottidianis VA; *Luc. Blas. Colb.*: cotidianis *Rat. Corb. Fris. Reg. Vat. Par. Vind.*, cotidianibus *Dies.* 8 tuus VA; *Luc. Rat. Reg. Vat. Blas. m.* 1. *Fris. m.* 2; *edd. Car. Coust.*; tui *Dies. Corb. Fris. m.* 1; *Blas. m.* 2; tuum *Bar.* 8 hac *Vind.* 8 adque *Colb. Corb.* 9 impendere V: inp. A; *Blas. Colb. Dies. Rat. Reg.* 9 illum *Luc.*, illut *Corb.* 9 pietatis *Corb. Par.* 9 placitum esse *Fris. edd. Car. Bar. Bibl.* 10 cognusce *Colb.* 10 aut: apud *Luc. Blas.*, apud *Colb.*, apud *Dies. m.* 1, ā *Dies. m.* 2 10 perturbationem *Luc.* 11 ne VA *edd Car. Coust.*: *om. Luc. Blas. Colb. Dies.*; nec *Vind.*; ut *Rat. Corb. Vat. Par.*; ut, *sup. lin. addito* ne, *Fris.*; eo *Reg.*; ut ne *Bar. Bibl.* 11 posita evenire *Par.* 11 satis: salutis *Vind.* 11 clementiae nostrae *Blas. Colb. Dies.* 11 credidit VA; *Rat.*, *Dies. m.* 2, *Fris. m.* 2, *Par.*: crededit *Corb.*, *Fris. m.* 1; credit *Vat. Bar.*; credimus *Blas.*, *Dies. m.* 1, *Reg.*; credidimus *Luc. Colb.* 12 beat. tua praed. *edd. Car. Bar. Bibl.* 12 praedicantes *Luc.* 12 beatitudinem tuam *Par.* 12 adiunctorum *Reg.* 12 noticiam VA 12 voluimus *Corb. Fris. Par. Bibl.* 13 si *om. Vind.* 13 si quis *Rat. Par.* 13 religioni *Vat. Vind.* 13 forte religioni tuae quod: forte tale quod *Luc.*; forte ale quod (ali *corr.*) *Blas.*; forte religioni tuae, ali *sup. lin. add.*, quod *Dies.*, forte tale religioni tuae quod *Rat.* 13 scient *Dies. Par.*

ambitionibus esse cessandum ac, si duo forte contra fas temeritate certantum fuerint ordinati, nullum ex his futurum penitus sacerdotem, sed illum solum in sede apostolica permansurum, quem ex numero clericorum nova ordinatione divinum iudicium et universitatis consensus elegerit. 4 Unde id observandum est, ut omnes tranquillam mentem et pacificos animos ex serenitatis nostrae admonitione custodiant nec aliquid seditiosis conspirationibus temptare conentur, cum certum sit nulli partium studia profutura.

38. EXEMPLUM SACRAE HONORII AVG. MISSAE AD PRINCIPEM ORENTIS ARCADIUM. DE PERSONA SANCTI IOHANNIS EPISCOPI CONSTANTINOPOLIT. Quamvis super imagine muliebri novo exemplo per provincias circumlata et diffusa per universum orbem obtrectantium fama litteris aliis commonuerim, ut talis facti paenitentia et intermissione propositi rumor aemulus consenescat et, quod in moribus temporum carpat, publica lingua non habeat, quamvis etiam super excidio pereuntis Illyrici pio apud vos prodiderimus affectu esse nobis dolori, cur ista nos detrimenta reipublicae nolueritis agnoscere et aliis potius indicibus quam pietatis vestrae litteris fuerint nuntiata: 2 tamen ne illud quidem apud serenitatem vestram dissimulare nos fas est, quod in rebus divinis non sine publici discriminis metu nuperrime contigisse cita semper malorum enuntiatrix fama non tacuit et ut natura fert hominum, quae ad obtrectandum novis semper casibus excitatur, oblata occasione carpendi malitiam suam in tempora studio scaevae loquacitatis exercet. 3 Est enim proditum nuper apud Constantinopolim sacratissimo paschae venerabilis die cum omnes paene in eundem locum vicinarum urbium populos relígio castigatiore sub praesentia princi-

---

1 ambitionibus VA: ab ambitionibus *codd. can. et edd.* (ad amb. *Par.*; *in Dies.* ab *sup. lin. additum est*; ab ambitione *Bar.*) 1 At si *Bar. Bibl.*, hac si *Vind.* 1 forte VA; *Luc. Blas. Dies. Colb. Vind.*: *om. Rat. Corb. Fris. Reg. Par. Vat. edd. Car. Bar. Bibl.* 1 fas *codd. can.*: nefas VA 1 certantum VA; *Corb. Vat. Par.*: certatum *Vind.*, certatim *Luc. Colb. Rat.*; certandum *Reg.*; certandum, *litteris* ndum *manu sec. scriptis, Blas.*; certandum, d *expuncta Dies.*; certandum, t *super* d *scripta, Fris.*; certantes *edd. Car. Bar. Hisp. Bibl.* 2 ex eis *Vind.* 2 paenitus *Blas. Dies. Vat.*; pen., o *sup. lin. add.*, *Rat.* 2 illud *Rat.* 2 sede: se *in extrema linea Vind.* 2 sedem apostolicam *Luc. Blas. Dies.*; *Corb. Fris. Par. Reg.*, *sed* sidem *Luc.* 3 nouam ordinationem *Luc. Blas. Colb.* 3 noba *Rat.* 4 consensu *Par.* 4 eligerit *Reg.* 4 *omnis Corb. Reg.* 4 tranquilla mente VA 5 e seren. A, exeren. *Reg. Vat.* 5 nostram monitionem *Vind.* 5 admonitionem *Luc.*, ammonitione *Vat.* 5 ne aliq. *Vind.* 5 seditiosis conspirationibus VA; *Vind. Corb. Fris. Reg. Vat. Par. edd. Hisp. Car. Coust.*: seditionibus *Luc. Blas.*, seditionis conspirationibus *Colb.*, seditionibus conspirationibus *Rat.*, seditionibus copirationibus, ns *sup. lin. add.*, *Dies.*; seditiosis conspirantibus *Bar.* 6 temtare *Luc.* 6 conetur *Luc.*, conventur *Vind.* 6 concertum *Rat.* 6 nulla *Reg.* 6 partium VA; *Luc. Blas. Colb. Dies. Reg. Par.*: partium sua *Vind. Rat. Corb. Fris. Vat.* (*Aug. aug. dies.*) *edd. Car. Bar. Coust. Hisp. Bibl.*

38. *edd. Car.* I *p.* 48; *Bar. ad a.* 404, 80; *Mansi Conc.* III *p.* 1121; *Coust.* I *p.* 801 7 Exemplum *usque ad* Constant. V (*om.* AC); Ex. *usque ad* Arcadium *habent ceteris omissis, Car. Bar. Coust.*; Honorii epistola ad Arcadium A *m. rec.*, C 8 imaginẽ AC 9 provintias V 9 orbem: mundum *edd.* 10 penit. *et* emulus VA 12 pereuntis Illyrici: *conferendus videtur Sozom.* 8, 25 Οὖννοι τὸν Ἴστρον περαιωθέντες τοὺς Θρᾷκας ἐδῄουν 13 nos VA, *ut Coust. coniecit*: vos *Car. Bar. Mansi* 14 fuerint *Bar. Coust. Mansi*: fuerit VA *Car.* 17 semper VA: semperque *Bar.* 17 annuntiatrix *Bar.* 17 et *sc.* qua de re 18 nobis VA 19 im A 19 sceue, c *expuncta*, A; saevae *edd.* 19 nup. prod. *edd.* 21 vicinorum VA.

pum ritu celebranda conlegerat: clausas subito catholicas ecclesias, trusos in custodiam sacerdotes, scilicet ut eo potissimum tempore, quo indulgentia principali tristia noxiorum claustra reserantur, piae legis et pacis ministros saevus carcer includeret, omniaque bellicum in modum turbata mysteria, nonnullos in ipsis ecclesiae sacrariis interemptos tantamque circa altaria vim saevisse, ut et venerabiles episcopi in exilium truderentur et sanguis humanus, quod dictu nefas est, caelestia sacramenta perfunderet. 4 His repente compertis turbatos esse nos fateor. quis enim in facinore tam cruento dei omnipotentis non timeret offensam aut quo pacto extra summum romani orbis omniumque mortalium putaret esse discrimen, cum ipse auctor nostri imperii et reipublicae, quam nobis credidit, gubernator omnipotens deus funestis admodum execrabilibusque commissis crederetur irasci, domini sancti, frater nepósque, Augusti venerabiles: cum, si quid de causa religionis inter antistites ageretur, episcopale oportuerit esse iudicium? ad illos enim divinarum rerum interpretatio, ad nos religionis spectat obsequium. 5 Sed esto; sibi de mysticis et catholicis quaestionibus amplius aliquid principalis cura praesumpserit: itane usque ad exilia sacerdotum, usque ad hominum caedes debuit indignatio concitata procedere, ut, ubi castae preces, ubi vota sincera, ubi sacrificia illibata solvuntur, illic se gladius haud facile etiam in iugulum noxiorum destringendus exereret? 6 Rebus denique ipsis docetur, quid super his senserit divina maiestas. (primum quidem hoc praesentis commotionis indicium fuit atque utinam solum! facit enim humana trepidatio tanti sibi conscia perpetrati, ut gravius aliquid, — quod avertat omnipotens deus, — post terribilis ultionis experimenta metuamus). audio ecclesiam sacrosanctam, tot imperatorum opibus expolitam, pretiosis cultibus nobilem, tanta supplicantium principum ** flagrasse et illud Constantinopolitanae urbis unicum lumen in favillas dilapsum deo non vetante fumasse. 7 Exsecrari enim videtur inquinata mysteria et avertisse oculos ab eo loco, quem iam sanguis infecerat, ne obsecrare quis pietatem caelestem sub cruentis posset altaribus. aedificia quoque divina non minore splendore nobilia ex † cogitatione saevientis incendii flamma se latius effundente consumpta et, quae publicam faciem elaborata a maioribus nostris ornamenta decorabant, velut quodam urbis funere concremata. 8 Haec ego quamvis crebris iniuriis lacessitus tacere debuerim nec coniunctissimum fratrem regnique consortes tam fideliter admonere, tamen necessitudinem sanguinis stimulo taciti doloris anteferens hortor ac suadeo, ut haec, si fieri potest, emendatis in posterum moribus corrigantur ac divina iracundia, quantum re proditur, excitata votorum sedulitate placetur. Accipite a me

2 tristia *edd.*: tristitia V *et* (cia) A 4 omniaque VA 5 tamtamque V 7 perfunderent, n *expuncta*, A 12 cum et si *Bar.* 13 interpretacio VA 14 spectat *Bar. Mansi*: expectat VA *Car.*, 'antiquo more pro spectat' *Coust.* 18 iugulum *edd.*: iugum VA 18 distringendus *edd.* 18 exerceret *Car.* 20 commotionis V *edd.*: communionis AC 20 indicium A *et* (ti) V, iudicium *edd.* 23 opibus V *edd.*: operibus VC 23 expolitam VA, *ut Coust. coniecit*: expositam *edd.* 23 p̄ciosis VA 23 principum flagrasse VAC, principum oratione augustissimam flagrasse *edd. non bene* 24 urbis ecclesiae unicum *Bar.* 27 celestem VA 28 cogitatione V *et* (cio) A: concitatione *edd.* ex contignatione? *cf. Zos.* 5, 24, 4 τὰ ἐχόμενα τῶν οἰκοδομημάτων 28 flammas elatius VAC 29 a *om.* VAC *Car. Mansi* 30 ego *Car. Coust.*: g̊ (ergo) VA, ergo *Bar.* 30 crebrius *Bar.* 31 consortem *Bar.*: *at a.* 402 ἐπήρϑη Θεοδόσιος νέος Αὔγουστος, cf. § 4 32 ac V: hac AC, atque *edd.* 33 diva *Mansi* 34 placeatur VA.

summum simplicitatis indicium; idcirco hoc clementiae vestrae insinuandum putavi, ne me velut gratulationis occultae faceret apud quemquam taciturnitas ipsa suspectum neve quis crederet me talibus factis praebere consensum et, qui saepe ne acciderent commonuerim, postea quam commissa sunt non dolerem. 9 Nam quis esse possit expers doloris, qui se meminit Christianum, tantam subito perturbationem religionis inductam, ut omnem catholicae fidei statum necesse sit fluctuare. Erat inter episcopos causa, quae collato tractatoque consilio deberet absolvi; missi ad sacerdotes urbis aeternae atque Italiae utraque ex parte legati; expectabatur ex omnium auctoritate sententia informatura regulam disciplinae, (integrum nempe esset debuerat neque quicquam novari, dum definitio deliberata procederet): 10 cum interea mirum quoddam praecipitium festinationis exarsit, ut non expectatis litteris sacerdotum, qui fuerant mutua partium legatione consulti, non examinatis rebus in exilium truderentur antistites animadversioni prius dediti quam sententiam iudicii episcopalis experti. denique quam inmatura illa damnatio fuerit, res probavit. namque hi, quorum expectabatur auctoritas, pacifica Iohanni episcopo communione permissa sanciendam concordiam censuerunt nec quemquam putarunt ante iudicium consortio repellendum. 11 Quid nunc aliud superest, quam ut catholicam fidem schismata in diversum dissociata dilacerent, quam ut haereses communioni semper inimicae ex tanta gestarum rerum varietate nascantur, ut iam populo paene non debeat imputari, si forte in dissonas partes sectarum diversitate discedat, cum ex auctoritate publica discordiarum materies sit praemissa et fomes quidam nutriendae seditionis animatus. 12 quod ne in magnam aliquam generis humani perniciem recrudescat, vota facienda sunt, ut ad humanas prolapsiones patiens deus rem male gestam prosperet ac secundet. nam, quantum in nobis est, possumus timere, quod gestum est: quantum ad pietatem semper placabilis dei, non erit meriti inpunitas indulta sed veniae.

39. EPISTOLA MAXIMI TYRANNI AD VALENTINIANUM AUG. IUNIOREM. CONTRA ARRIANOS ET MANICHAEOS. Nisi clementiae nostrae circa serenitatem tuam fides simplex esset et gratia plenae concordiae, confido etiam quod commoda rationibus meis esse possent haec, quae nunc agi dicuntur in partibus tranquillitatis tuae: catholicae

---

1 iudicium *Car.* 1 putavit *Mansi* 2 gratulatione occulta *edd.*; gratulationis (*Schadenfreude*) 2 facē VA 2 quenquam VA quemque *Bar.* 4 dolorem VA 4 esse *om. Bar.* 4 posset *edd.* 7 contractoque concilio *Bar.* 7 missis .. legatis *Bar.* 13 animaduersionis prius dediti quam dediti quam sententia VA *et m.* 1. C; *alteri* dediti *in margine adscripsit* auditi *m.* 2. C; animaduersione pr. d. q. auditiq. sententiā *Aug.*; animadversioni prius addicti quam sententiam *edd.* 14 illam VA dampn. VA 14 probavit *Bar. Coust.*: probabit VAC *Car. Mansi* 14 ii *Bar.* 15 praemissa *Bar.* 16 concordium VA 16 quenquam VA 16 consorcio 16 *cf. Innocentii epistulam ad Theophilum, Ioanni inimicissimum* (*apud Palladium*): *ἡμεῖς καί σε ἴσμεν κοινωνικὸν καὶ τὸν ἀδελφὸν Ἰωάννην .. ἐὰν μὴ δέουσα κρίσις παρακολουθήσῃ .. ἀμήχανόν ἐστιν ἀλόγως ἡμᾶς ἀποστῆναι τῆς Ἰωάννου κοινωνίας.* 18 dilacerent quam V (a *supra* q *posita*): d. quia A 18 hereses VA 19 paene *om. Bar.* 19 forte V: sorte AC 19 autoritate A.

39. *edd. Car.* I *p.* 48. *Bar. ad a.* 387, 33. *Mansi Conc.* III *p.* 673. 26 EXPL. Maximi .. iunio|niorem .. MANICHEOS V: *om. titulum* A; Maximi epl̄a ad Valentinianum Augustum C *et m. rec. in* A; *edd.* 27 fidelis VA 28 plena *edd.* 28 quod etiam?

legis turbatio atque convulsio. quid enim tam optandum possit esse ei, si quis esset inimicus, quam adversus ecclesias dei hoc est adversus deum ipsum te aliqua moliri et, ubi error excusabilis non est, ibi velle peccare? 2 Sed quoniam serenitati nostrae et in deum religio maior quam violari et ab inimicissimo quoque optabile nobis arbitramur, et circa serenissimam iuventutem tuam tam arta nostri cura, tam sedula est, ut recte facta magis nos sua quam errata delectent: idcirco perennitatem tuam credidimus commonendam, ut introspecta ratione numinis summi et maiestatis ipsius considerata potentia, quid agere debeas, sollicita mente perpendas. 3 Audio enim, (nam fama non patitur occultari, praesertim quod agatur in populos), novis clementiae tuae edictis ecclesiis catholicis vim illatam fuisse, obsideri in basilicis sacerdotes, multam esse propositam, poenam capitis adiectam et legem sanctissimam sub nomine nescio cuius legis everti. 4 Hoc quam grave sit, poteris intueri, si dei magnitudinem volueris cogitare. erubesco, si quam crediderit serenitas tua astruere velle rationem et dei agere causam. quid enim si hoc solum esset? si enim iam per tot saecula coalita et confirmata mutares, parvamne excitare discordiam videreris? ipsis humanis legibus in hac mortalitate habet nostra reverentiam consuetudo et in re iam vetusta atque usitata aliquid novum fecisse reprehensio est. 5 Italia omnis atque Africa hoc sacramento credunt; hac fide gloriantur Gallia, Aquitania, omnis Hispania, Roma ipsa venerabilis, cuius etiam in hac parte principatus est, quod deum sicut sequi voluit agnovit. confitebor ipse, (quod non sine maerore dictum est): solum dissentiebat Illyricum. utinam quod errasset non extaret exemplum! utinam illud incolume Arrianae legis Mursense oppidum permaneret et non ad iudicium quondam erroris miseri concidisset, ut, quia ipsos erudisset auctores praecipua irati numinis ultione procumberent! periculose (mihi crede) divina temptantur. 6 Venerabilis memoriae divus Valentinianus, pater clementiae tuae, hac fide fideliter imperavit. nihil ille attingere voluit, quod bene constitutum videbat. Hi certe sub eodem episcopi iam fuerunt. quae tanta mutatio, ut, qui antea sacerdotes, nunc sacrilegi iudicentur? eisdem certe praeceptis, eisdem sacramentis dicati eadem fide credunt, qua ante crediderunt. 7 An putat venerabilis mihi serenitas tua conceptam semel in animis hominum religionem, quam deus ipse constituit, posse convelli? quantae ex hoc discordiae excitabuntur! quanta contentio oborietur! quam crebrae et pestiferae seditiones, quanta et quam pervenientia ad deum vota iustorum, cum inter Christianos, quod dictu sit nefas, quaedam persecutionis imago nascatur! 8 Videris, in quam partem hanc sedulitatem nostram interpreteris. nullo

---

1 esse *om.* VA, *add. edd.* 2 te VA: et *edd.* 4 quam ut eam violari .. arbitremur? 4 etiam ab *edd.* 4 non optabile *edd.* 5 arcta *edd.* 7 numinis *nos*: nominis VA *edd.* 8 sollita V, solita A, solida *edd.* 9 audio *nos*, audi VA, audivi *edd.* 10 nob clem. VA 10 edictis: *lege* 23. *Ian. a.* 386 *data, Cod. Theod.* 16, 1, 4 11 pęnam V, penam A 15 mutares *Bar.*, mutare VA *Car. Mansi* 17 fecisse *edd.*, fuisse VA 19 Hyspania VA 21 merore VA 21 illiricum VA 21 herrasset VA 22 Mursense *Bar.*: mursinense VA *Car. Mansi* 23 iudicium *edd.*: indicium A, inditium V 23 quoddam *Bar.* 23 concidisset quia *edd.* 24 ne praecipua *edd.* 24 procumberet *Mansi* 26 nichil VA 28 hisdem *bis* VA 29 qua: qui *Mansi* 30 in: ĩV, im A 31 quantae contentiones oborientur *edd.* 32 ac pestif. *edd.* 32 et quae perv. *edd.* 33 dictu V, dictum AC 33 nefas sit *edd.* 33 quedam persecucionis imagno AC 34 sedulitate VAC.

certe maiore genere curam meam circa clementiam tuam probare † te posse, quam si te horter, ut desinas. puto enim recognoscas, quod nemo hoc suaderet inimicus. haec amabiliter a nobis dicta esse opto ut intellegas, spero quod credas. 9 Unde aequum admodum est, ne sancto numini dicata convellas, Italiam omnem et venerabilem Romam ceterasque provincias suis ecclesiis, suis sacerdotibus reddas neque te medius interseras, cum fas sit iustius, qui a catholica ecclesia Arrianorum interpretatione discesserint, errorem suum vera religione mutare, quam recte sentientibus suam inmittere pravitatem.

40. Victor Magnus Maximus perpetuus triumphator semper Augustus Siricio parenti. Accepimus litteras sanctitatis tuae, quae nobis fuere gratissimae quaeque plane et nomini sacerdotis et dignitati urbis splendidissimae convenirent. Fidei vero catholicae, de qua clementiam nostram consulere voluisti, quo maius circa me et speciale iudicium divinitatis experior, hoc me confiteor curam habere maiorem, qui videlicet et ad imperium ab ipso statim salutari fonte conscenderim et cui in omnibus semper conatibus atque successibus deus fautor affuerit cuiusque hodie et, ut spero, perpetuo protector et custos esse dignetur, pater karissime. 2 Ceterum de Agroecio, quem indebite ad presbyterii gradum conscendisse commemoras, quid religioni nostrae catholicae possum praestare reverentius, quam ut de hoc ipso, cuiuscemodi esse videatur, catholici iudicent sacerdotes? quorum conventum ex oportunitate omnium vel qui intra Gallias vel qui intra quinque provincias commorantur, in qua elegerint urbe constituam, ut eisdem residentibus et cognoscentibus, quid habeat consuetudo, quid legis sit, iudicetur. haec enim, quae libris sunt asserenda et maiorum nostrorum religiosissimis constitutis, ipsi possunt melius astruere, qui norunt. 3 Ceterum id nobis animi et voluntatis esse profitemur, ut fides catholica procul omni dissensione summota concordantibus universis sacerdotibus et unanimiter deo servientibus illaesa et inviolabilis perseveret. nam noster adventus ita inquinata aliqua et sceleratorum labe polluta deprehendit et repperit, ut, nisi nostra provisio atque medicina, quae ex dei summi timore veniebat, his opem celeriter attulisset, ingens profecto divulsio atque perditio fuisset exorta et vix sananda postea vitia concrevissent. 4 Ceterum quid adhuc proxime proditum sit Manichaeos sceleris admittere, non argumentis neque suspicionibus dubiis vel incertis, sed ipsorum confessione inter iudicia prolatis malo ex gestis ipsis tua sanctitas quam ex nostro ore cognoscat, quia huiuscemodi non modo factu turpia, verum etiam foeda dictu proloqui sine rubore non possumus. Et manu imperatoris: Divinitas te servet per multos annos.

2 maiori *edd.* 2 tibi possem *edd.* probari credo posse? 3 recognoscas V 4 intelligas VA 6 medium *edd.* 7 interferas AC 7 iustius eos *edd.*

40. *Edd. Car. I p.* 48. *Bar. ad a.* 387, 65. *Coust.* I *p.* 640. *Mansi Conc.* III *p.* 671 10 magnus *om. edd.* 10 semper *om.* A. C. *edd.* 10 Augustus domino vere sancto apostolico viro Siricio *edd.* 10 Syricio V 10 parenti *om. et* episcopo salutem *add. edd.* 12 convenere? 13 noluisti AC 14 videlicet ad *edd.* 16 hodię VA 17 agroecio *nos*, agro eicio VAC, agricio *edd.* 18 presbiterii VA 19 reverentis AC 21 quinque provincias 'i. e. Narbonenses' *Tillemont* 22 hisdem VA 24 qui norunt V: quinorum (*per compendium*) AC 28 atque: et quę VA 30 et: ut VA, et ut? 32 argumentū VA, argumentis *in* V *m.* 1, *in* A *m.* 2 *antiqua correxit.* 33 iuditia 33 malo quod ex *edd.* 34 huiusmodi *Mansi* 34 dictū VA 35 et *om. edd.* 35 imp̄. VA.

I. SCHOLAE ORDINIS THEOLOGORUM.

a. *Professorum ordinariorum.*

AUGUSTUS WIESINGER, Dr., *Seminarii regii catechetici* exercitationes die Merc. h. II—III; *exegetici*, in quo *selectos Nov. Test. locos* explicandos proponet, die Lun. hh. VI—VIII moderabitur. Privatim *priora tria evangelia* quinis dd. h. IX—X interpretabitur.

IULIUS WAGENMANN, Dr., privatim *Historiam ecclesiasticam primorum sex seculorum* quinquies h. VIII, *Historiam dogmatum aevi medii ac recentioris* quaternis scholis h. IV enarrabit; publice *Seminarii regii theologici exercitationes historicas theologicas* moderari perget die Martis h. VI.

ALBERTUS RITSCHL, Dr., *Epistolam Pauli ad Romanos* quinquies interpretabitur h. XI; *Theologiae dogmaticae* partem priorem quinquies enarrabit h. XII; praeterea Seminarii regii theologici *exercitationes systematicas* moderabitur d. Ven. h. VI.

HERMANN. FERDINANDUS REUTER, Dr., privatim *Historiam ecclesiasticam medii aevi* quinquies h. VIII, semel (die Saturni) h. IX docebit; *Historiam dogmatum Christianorum usque ad saeculum XII* quinquies h. XI, semel (die Saturni) h. VIII tradet.

HERMANNUS SCHULTZ, Dr., privatim *Ethicen christianam* quinis per hebd. scholis docebit, h. X; *Librum Geneseos* quinquies, h. XI explicabit; publice *Seminarii regii exercitationes* ad interpretationem *Vet. Test. pertinentes* moderabitur die Iovis h. VI —VIII; *Seminarii regii exercitationes homileticas* sueto more moderari perget.

KAROLUS KNOKE, Dr., privatim *Theologiae practicae systema* quinis scholis h. V tradet; *Historiam aevi apostolici* ternis scholis h. IX enarrabit; publice *Exercitationes seminarii regii homiletici* et *liturgici* die Sat. h. IX—XII, *catechetici* h. II moderabitur.

b. *Professorum extraordinariorum.*

GEORG. CONR. AMADEUS LÜNEMANN, Dr., *evangelium et epistolas Iohannis apostoli* interpretabitur quinis per hebd. diebus h. IX—X.

BERN. DUHM, Dr., *librum Iesaiae* interpretabitur quinquies h. X; *Introductionem in Vetus Testamentum* tradet quater h. IV.

c. *Privatim docentium.*

CAROLUS MIRBT, Lic. theol., privatim *historiam reformationis* ternis scholis enarrabit diebus Lunae, Martis, Mercurii h. VIII—IX; in societate privatissima *articulos Smalcaldicos* interpretandos proponet die Mercurii h. VI.

IOANNES WEISS, theol. lic., privatim *introductionem in Novum Testamentum* docebit, quinquies h. IV; gratis *historiam canonis* tractabit die Lunae h. V.

II. SCHOLAE ORDINIS IURISCONSULTORUM.

a. *Professorum ordinariorum.*

RUDOLPHUS DE IHERING, Dr., privatim *ius Romanum, quod adtinet ad res* tractabit quater per hebd. h. XII—I.

RICHARDUS WILHELMUS DOVE, Dr., privatim *Ius ecclesiasticum* et Evangelicorum et Catholicorum cum matrimoniali sexies per hebd. h. VIII—IX tractabit; *Ius publicum Germanicum* quinquies p. hebd. h. IX—X docebit.

CAROLUS ED. ZIEBARTH, Dr., quinis p. hebd. horis *processum criminalem* h. X, *ius civile Borussicum* h. XI tractabit; idem *ius agrarium* d. Mercurii h. IV—VI docebit.

FERDINANDUS FRENSDORFF, Dr., *historiam iuris Germanici publici et privati* quater per hebd. h. XI—XII; *ius quo civitates Germaniae administrantur* diebus Martis Iovis et Veneris h. XII—I tradet.

RICHARD. ED. IOHN, Dr., *exercitationes practicas ad processum civilem spectantes* habebit die Martis h. V—VII; *ius criminale* tractabit quinquies per hebd. h. X.

C. LUDOV. DE BAR, Dr., *Processum civilem* tradet quinquies per hebd. h. XI—XII; *Ius gentium* docebit dieb. Mercurii et Saturni h. XII—I.

FERD. REGELSBERGER, Dr., *Historiam iuris Romani* ter per hebd. exponet dieb. Lunae, Martis, Iovis h. III—IV; *Iuris pandectarum* part. I (principia generalia, ius obligationum et de pignoribus et hypothecis) docebit octies per hebd. dieb. Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. VIII—X.

IOANNES MERKEL, Dr., privatim *Institutiones iuris Romani* docebit quinquies per hebd. dieb. Lun., Mart., Merc., Iov., Ven. h. IX—X; *de Pandectarum doctrina* ius hereditarium et familiae tradet quater per hebd. dieb. Lun., Mart., Iov., Ven. h. X—XI; *exercitationes exegeticas in libris Digestorum* moderabitur die Lunae h. V—VII; *Gai institutiones* legendas curabit publice et gratis die Merc. h. X—XI.

VICTOR EHRENBERG, Dr., *ius commercii cum iure cambiali et maritimo* quinquies h. III tractabit; *ius privatum Germanicum cum iure feudali* quinquies h. IV tradet.

b. *Professorum extraordinariorum.*

CAROL. GUIL. WOLFF, Dr., *ius romanum de hereditatibus* quinis per hebd. lectionibus h. III—IV tradet.

c. *Privatim docentium.*

LUDOVICUS GOLDSCHMIDT, Dr., privatim *Principia iuris Romani de ordine iudiciorum privatorum* exponet diebus Mercurii et Saturni h. XII—I; privatim *de doctrina Pandectarum disputationes* reget diebus Martis, Mercurii, Iovis, Veneris h. VI—VII; publice *principia legis de iure civili imperii Germanici promulgatae* tractabit die Saturni h. X—XII.

III. SCHOLAE ORDINIS MEDICORUM.

a. *Professorum ordinariorum.*

E. HASSE, Dr., scholas non habebit.

G. MEISSNER, Dr., *Physiologiae experimentalis partem alteram* (systematis nervosi atque organorum sensus physiologiam) tradet h. X quotidie; *Exercitationes practicas* in instituto physiologico moderabitur quotidie horis commodis.

LUDOV. MEYER, Dr., *scholam psychiatricam* more solito habebit h. IV dieb. Lunae et Martis h. IV—VI; *psychiatriam forensem* docebit horis commodis II.

TH. LEBER, Dr., privatim *exercitationes ophthalmiatricas clinicas* habebit dieb. Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. XII—I; publice *anomalias refractionis et accommodationis oculi* docebit d. Saturni h. VIII—IX.

WILHELMUS EBSTEIN, Dr., privatim *Scholas clinicas et policlinicas* moderari perget quinque diebus h. X$^1/_2$—XII et die Saturni h. IX$^1/_4$—X$^3/_4$; *Pathologiae et Therapiae specialis* partem dimidiam tractabit dieb. Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. IV—V; una cum Arthur Nicolaier, Dr., *de disquisitione lotii et sputi cum exercitationibus practicis* disseret semel per hebdomadem hora commoda.

GUILELMUS MARMÉ, Dr., privatim *Pharmacologiam experimentis illustratam nec non artem formulas medicas* rite concinnandi iunctis exercitationibus practicis h. VI dieb. Lunae, Martis et Iovis docebit; *Toxicologiae practicae* partem secundam eruditioribus medicinae studiosis bis p. h. h. III die Lunae et Iovis tradet; *Pharmacognosiam* quater per hebd. h. VIII dieb. Lunae, Martis, Mercurii et Iovis tractabit; *Exercitationes microscopicas pharmacognosticas* studiosis pharmaciae die Saturni h. IX—XI et XI—I offert; *Disquisitiones pharmacologicas et toxicologicas* in instituto pharmacologico quotidie moderari perget.

FRANCISCUS KÖNIG, Dr., *Exercitationes practicas in clinico chirurgico* moderabitur quotidie IX$^1/_2$—X$^3/_4$; *Chirurgiae specialis* partem secundam quaternis diebus horis definiendis docebit; publice *examinatorium in chirurgia* habebit semel p. h.

I. ORTH, Dr., publice *Aetiologiam generalem* tradet semel d. Merc. h. XII—I; privatim *Pathologiam generalem* docebit quat. dd. Lunae, Martis, Iov., Ven. h. XII—I; privatissime *Demonstrationes pathologico-anatomicas* habebit d. Merc. et Sat. h. II—IV; *Exercitationes histologiae pathologicae practicas* instituet d. Mart. et Ven. h. VI—VIII.

FR. MERKEL, Dr., privatim *Anatomiae c. h.* partem priorem quotidie h. XII—I; *Anatomiam topographicam* diebus Martis, Iovis, Veneris h. II—III; *Artem cadavera secandi* quotidie h. IX—IV tradet.

GUSTAVUS WOLFFHÜGEL, Dr., privatim *Hygienes experimentalis* partem primam adiunctis exercitationibus practicis tradet diebus Lunae, Mercurii et Veneris h. VI—VII; privatissime cursum practicum *chemiae medicae* habebit diebus Lunae et Iovis horis IX—XI, *exercitationes bacteriologicas* instituet horis commodis; privatissime et gratis *disquisitiones hygienicas* in instituto hygienico ac medico-chemico moderari perget.

MAX RUNGE, Dr., publice *de morbis puerperii* disseret semel, privatim *clinicen et policlinicen obstetriciam et gynaecologicam* h. VIII—IX quater per hebd. moderabitur,

operationes obstetricias privatim demonstrabit ter per hebd. h. IV—V, privatim *de morbis mulierum* disseret bis per hebd. h. IV—V.

b. *Professorum extraordinariorum.*

G. HERBST, Dr., *Physiologiam* experimentis et demonstrationibus microscopicis illustratam quotidie h. X—XI docebit.

GUIL. KRAUSE, Dr., *Exercitationes microscopicas* consueto modo continuabit.

C. F. LOHMEYER, Dr., *Chirurgiam specialem* quinquies p. hebd. hora VIII—IX leget.

THEODORUS HUSEMANN, Dr., privatim *Pharmacologiam universam* quinquies per hebdomadem h. III—IV tradet. Publice *artem formulas medicas rite concinnandi* die Lunae h. II—III docebit.

I. ROSENBACH, Dr., *Doctrinam operationum chirurgicarum performandarum; Exercitationes diagnost. chirurgic.* bis per hebdom. die Lun. et Iov. h. IV—V; *Exercitationes policlinic. chirurgic.* die Saturn. h. X$^3/_4$—XII.

O. DAMSCH, Dr., privatim *De methodis disquisitionis clinicae physicis* tradet, dieb. Lun., Merc., Iov. h. V—VI; *de morbis infantium* docebit dieb. Lun. et Iov. h. VI—VII, Martis h. V—VI; *exercitationes laryngoscopicas* habebit die Saturni h. XII—I; publice *colloquia policlinica* sueto more instituet.

KURD BÜRKNER, Dr., privatim *Doctrinam de morbis aurium* adiunctis exercitationibus practicis otoscopicis tradet bis p. hebd. diebus Martis et Veneris h. II—III; *Exercitationes otiatricas policlinicas* eruditiorum consueto modo h. XII—I quotidie moderabitur.

c. *Privatim docentium.*

F. DROYSEN, Dr., *Exercitationes in gravidarum exploratione* horis definiendis habebit; *de arte obstetricia* hor. defin. disseret.

DIETRICH BARFURTH, Dr., privatim *Osteologiam et Syndesmologiam* diebus Lunae, Mercurii, Saturni h. XI—XII docebit; *Exercitationes microscopicas* habebit diebus Martis et Veneris h. V—VII; publice *Anatomiam cerebri* die Lunae h. II—III tractabit.

O. HILDEBRAND, Dr., *exercitationes in vinculis applicandis* habebit bis per hebdomadem hor. defin.; *De instrumentis chirurgicis* disseret semel per hebdomadem publice.

A. WAGENMANN, Dr., privatim *exercitationes ophthalmoscopicas* habebit diebus Mercurii et Saturni h. XII—I.

IV. SCHOLAE ORDINIS PHILOSOPHORUM.

a. *Professorum ordinariorum.*

GUILELMUS WEBER, Dr., scholas non habebit.

G. HANSSEN, Dr., lectiones non habebit.

HENR. FERD. WÜSTENFELD, Dr., *Elementa linguae arabicae* docebit privatissime.

FRIDERICUS WIESELER, Dr., publice *Seminarii Regii archaeologici sodalibus se-*

lecta artium opera explicanda proponet, d. Saturni h. XII; privatim *Doctrinam de symbolis et attributis deorum et heroum Graecorum* tradet, ternis vel quaternis scholis, h. XII; privatissime *de commentationibus a sodalibus Seminarii arch. scriptis* iudicabit.

GUIL. MÜLLER, Dr., scholas non habebit.

HERMANNUS SAUPPE, Dr., publice sodalibus Regii seminarii philologici *Aristotelis artis rhetoricae* l. I explicandum proponet, dd. Lunae et Iovis, h. XI—XII, et disputationes de commentationibus eorum cum WILH. MEYER collega reget, die Mercurii h. XI—XII; *exercitationes* Regii seminarii paedagogici moderabitur dd. Martis et Veneris, h. XI—XII. — Privatim *Hermeneuticen et criticen* tradet dd. Lunae Martis Iovis Veneris, h. IX—X.

FRIDERICUS GRIEPENKERL, Dr., quater per hebd. dd. Lun., Mart., Iov., Ven. h. V—VI *Doctrinam de re pecuaria*; publice bis per hebd. d. Merc. h. V—VII *Doctrinam de animalium domesticorum varietatibus*; bis per hebd. dd. Iov. et Ven. h. XI—XII *agriculturae systemata* tradet. Excursiones ad *theoriam* illustrandam spectantes instituet.

MAURITIUS STERN, Dr., scholas non habebit.

ERNESTUS SCHERING, Dr., *Introductionem in Mechanicen analyticam* docebit quater per hebd. dd. Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. IV—V. — In Regio Seminario mathematico-physico publice *Exercitationes mathematicas* die Mercurii h. IV—V. — Privatissime gratis *Observationes magneticas* in Observatorio GAUSSIANO die Mercurii h. V—VII una cum L. HOLBORN, Dr. assist. moderabitur.

PAULUS DE LAGARDE, Dr., privatim quater h. XI *linguae arabicae elementa* docebit; publice horis commodis prima *legendi arabice* pericula moderabitur.

IULIUS BAUMANN, Dr., privatim *logica* docebit diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. IX; *historiam philosophiae recentioris* explicabit *praemissa brevi narratione de patrum ecclesiasticorum scholasticorumque placitis* diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. V.

GUSTAVUS DRECHSLER, Dr., *de opere rustico recte constituendo et administrando doctrinam* privatim tradet sexies per hebd. h. XII; *Introductionem in Agriculturam* publice tradet hor. def.; *Exercitationes oeconomicas* instituet dieb. Mart. h. VI—VIII, Vener. et Sat. h. IX—I.

GUIL. HENNEBERG, Dr., privatim *doctrinae de animalium domesticorum nutritione II. partem* tradet diebus Lunae et Martis h. XI—XII; publice *de pabuli computandi ratione* disseret die Mercurii h. XI—XII.

ERNESTUS EHLERS, Dr., privatim *Zoologiae specialis partem alteram* dieb. Lun., Mart., Merc., Iov., Vener. IX—X; *Anthropologiam* dieb. Lun., Mart., Merc. h. VI—VII docebit; *Cursum zootomicum* dieb. Mart. et Merc. h. X—XII; *Exercitationes zoologicas* quotidie (excl. d. Sat.) h. X—I sueto more moderari perget. *Societatem zoologicam* eruditioribus privatissime gratis offert.

HERMANNUS AMANDUS SCHWARZ, Dr., privatim *de lineis curvis duplicis curvaturae et de superficiebus curvis* quaternis per hebd. scholis hora XI disseret; *theoriam functionum ellipticarum* quinquies per hebd. hora IX docebit; publice in Regio seminario mathematico-physico *exercitationes mathematicas* die Sat. hora IX instituet; *Colloquia mathematica* sueto more privatissime binis per hebd. horis moderari perget.

C. DILTHEY, Dr., privatim *Elegiae Romanae historiam* enarrabit atque *Propertii carmina* interpretabitur dd. Martis, Iovis, Veneris h. XII—I; publice *Exercitationes*

archaeologicas moderabitur die Saturni h. X—XII; privatissime *Colloquia archaeologica* cum eruditioribus habebit die et hora post indicanda.

CHR. AUG. VOLQUARDSEN, Dr., privatim *historiam Graecam usque ad Periclis tempora* enarrabit diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. VIII—IX; publice *exercitationes historicas* instituet die Martis h. VI—VII p. m.

HERMANNUS WAGNER, Dr., privatim *geographiae generalis partem secundam (Morphologiam terrariae superficiei, oceanographiam, climatologiam et distributionem geographicam plantarum animaliumque)* docebit quinquies per hebd. h. XI—XII; privatissime *exercitationes cartographicas* moderabitur semel per hebd. die Sat. h. X.

A. DE KOENEN, Dr., *Geologiam* quinis horis docebit; *de nonnullis fossilium ordinibus* semel per hebd. gratis disseret; *Exercitationes determinandi* diriget gratis.

G. E. MÜLLER, Dr., *psychologiam* docebit diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris hora IV—V; in societate philosophica *Humii de intellectu humano* disquisitionem explicabit die Mercurii, hora X—XI.

C. VOLLMÖLLER, Dr., privatim *Historiae litterarum francogallicarum medii aevi partem primam* tractabit dieb. Lun., Mart., Merc., Iovis h. XII—I; ascito GUILELMO CLOETTA, Dr., *Exercitationes francogallicas* instituet dieb. Lunae et Merc. h. XI—XII; Privatissime in Seminario Romanensi *elementa linguae Hispanorum* tractabit *librumque cui nomen est Laberinto amoroso a se editum* sodalibus proponet explicandum d. Merc. h. IX—X vel XI; ascito GUILELMO CLOETTA, Dr., *Ludovici Ariosti poëma „Orlando furioso“* interpretabitur bis per hebdom. horis commodis.

LUDOVICUS WEILAND, Dr., privatim *Historiam universalem iuris publici gentium Germanicarum et Romanensium recentis aevi* explicabit diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. IX—X; *Exercitationes historicas* moderabitur privatissime et gratis die Veneris h. VI.

EDUARDUS RIECKE, Dr., *Physices experimentalis* partem alteram *(doctrinam de magnetismo, electricitate, calore)* tradet hor. V—VI diebus Lun., Mart., Iov., Vener.; in Seminario mathematico-physico *physices tam experimentalis quam mathematicae* partes tractabit selectas die Iov. hor. II—III; in laboratorio physico una cum W. VOIGT collega *exercitationes practicas* instituet sueto more diebus Mart. et Ven. hor. II—IV, die Sat. hor. IX—I.

F. KIELHORN, Dr., privatim *grammaticae Sanscritae* partem alteram tradet et *Panchatantram* explicandum proponet diebus Merc., Sat., h. VIII; privatim *Kâlidâsae Çâcuntalam* interpretabitur diebus Merc., Sat., h. IX; publice selectos *Rigvêdae hymnos cum Sâyaṇae commentario* explicabit bis per hebdom. horis commodis; publice *Inscriptiones Indicas* selectas explicandas proponet semel per hebdom.

A. KLUCKHOHN, Dr., privatim *Historiam universalem medii aevi exeuntis et aetatis reformationis* enarrabit diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. IV—V; privatissime sed gratis *Exercitationes historicas* moderabitur die Lunae h. VI.

E. STEINDORFF, Dr., privatim *Palaeographiam latinam* docebit diebus Lunae, Martis, Iovis et Veneris h. X; privatissime sed gratis *exercitationes diplomaticas* instituet die Mercurii h. XI—I.

MAURITIUS HEYNE, Dr., Privatim *de verborum Germanicorum formatione* disseret ternis scholis hor. XII—I; *historiam poeseos dramaticae et artis scenicae apud Germanos*

ab initiis usque ad saec. XVIII tradet ter p. hebd. hor. V—VI; privatissime *exercitationes theotiscas* moderari perget semel p. hebd.

U. de WILAMOWITZ-MOELLENDORFF, Dr., publice proseminarii philologici exercitationes moderabitur propositis ad interpretandum *tristibus Ovidii*, die Mercurii h. IX—XI; privatim selecta *lyricorum Graecorum carmina* diebus Lun., Mart., Iov., Ven. h. X; *Plutarchi VII sapientium convivium* interpretabitur eisdem diebus h. IV.

WOLDEMARUS VOIGT Dr., publice *Capita selecta theoriae caloris* tractabit in seminario physico-mathematico die Sat. h. X; privatim *theoriam galvanismi* docebit diebus Lun., Mart., Merc., Iov. et Ven. h. X; privatissime *exercitationes practicas* instituet in laboratorio physico una cum E. Riecke collega diebus Mart. et Ven. h. II—IV.

GUST. COHN, Dr., *Oeconomices* partem generalem docebit diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. IV; *Redituum publicorum doctrinam* tractabit iisdem diebus h. V; Seminarii politici *exercitationes* moderabitur die Mercurii h. V—VII privatissime sed gratis.

VICTOR MEYER, Dr., privatim h. IX—X sexies p. hebd. *Chemiam* tradet. Privatim h. IX—XII et III—VI diebus Lun., Mart., Merc., Iov., Ven. in laboratorio academico *praxin chemicam* docebit.

FELIX KLEIN, Dr., privatim *de aequationibus differentialibus partialibus physico-mathematicis* disseret diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. XII—I, *functiones Abelianas* tractabit die Mercurii h. XI—I; publice in seminario regio mathematico-physico *exercitationes ad functiones Abelianas spectantes* instituet die Saturni h. XI—I.

GUILELMUS SCHUR, Dr., *Astronomiam sphaericam (partem primam)* quater per hebd. diebus Lunae, Martis, Iovis et Veneris hora X privatim tractabit; *De catalogis fixarum (contin.)* die Saturni hora X publice tradet; *Exercitationes practicas* in observatorio Regio privatim quotidie moderabitur; in Regio seminario mathematico-physico *Exercitationes astronomicas* instituet die Veneris hora VIII—IX p. m.

WILH. MEYER, Dr., exponet *historiam scriptorum Romanorum,* qui oratione pedestri usi sunt, diebus Lun., Mart., Iov., Ven. h. V; in seminario philol. *Plauti Bacchides* interpretandas proponet, dieb. Martis et Veneris h. XI.

CAROLUS DZIATZKO, Dr., privatim *Historiam artis impressoriae ad finem saeculi XV propagatae* enarrabit diebus Martis et Veneris h. V—VI.

TH. LIEBISCH, Dr., privatim *Mineralogiam* docebit diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. XII—I; privatim *Crystallographiam* tradet diebus Mercurii, Saturni h. XII—I; publice *exercitationes mineralogicas et petrographicas* moderabitur die Saturni h. XI—XII; privatissime sed gratis in laboratorio mineralogico *exercitationes practicas* cotidianas instituet.

GODOFR. BERTHOLD, Dr., *Anatomiam et historiam evolutionis plantarum* ter per hebdomadem docebit h. XII—I; Exercitationes *microscopicas vel physiologicas* sueto more instituet; Exercitationes *societatis botanicae* publice moderabitur.

GUILELMUS LEXIS, Dr., privatim *oeconomiae politicae partem practicam* tradet dieb. Martis, Mercurii, Iovis, Veneris h. III; publice de *mensarum publicarum ratione* disseret die Mercurii et *morum statisticam* tractabit die Martis h. d.

AL. BRANDL, Dr., *Linguae Anglicae grammaticam historicam* docebit quaternis scholis hor. XI—XII privatim; *Literarum historiam Anglicarum* a Chauceri usque ad Spenseri

tempus scriptarum binis hor. privatim; *Bibliae versiones Anglicae* antiquissimis, mediis recentioribusque temporibus factas die Mart. h. VI—VIII, in Seminario publice.

A. PETER, Dr., docebit *Morphologiam et dispositionem systematicam plantarum cryptogamarum*, privatim ter per hebdom. diebb. Mart., Merc., Vener. h. VI—VII; *Distributionem geographicam plantarum* privatim, bis per hebdom., diebb. Lun. et Iov., h. III—IV; *Demonstrationes botanicas*, publice, die Merc. horis X—XII.

b. *Professorum honorariorum.*

AD. SOETBEER, Dr., scholas non habebit.

THEOD. WÜSTENFELD, Dr., *historiam Italiae* inde ab initio medii aevi quaternis scholis h. X—XI diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris domi gratis tradet.

TH. MITHOFF, Dr., die Merc. V—VI de modernis quibusdam *quaestionibus oeconomicis* publice disseret.

c. *Professorum extraordinariorum.*

CAR. BOEDEKER, Dr., lectiones non habebit.

L. DE USLAR, Dr., *Chemiam pharmaceuticam* tradet quater p. hebd. h. III—IV; *Chemiam organicam* in usum medicinae studiosorum docebit quater per hebd. h. IX—X.

B. TOLLENS, Dr., *Chemiae applicationum technicarum partem ad agriculturam pertinentem*, ter per hebd. h. X—XI tradet; *Exercitationes practicas* in laboratorio ad agriculturae chemiam destinato, una cum F. MAYER, Dr., adiutore, quinquies per hebd. h. VIII—XII et II—IV moderabitur; *Calculationes chemicas (Stoechiometriam)*, publice, die Iovis h. V—VI exponet.

HUBERTUS IACOBUS ESSER, Dr., privatim h. IX—X quinquies per hebd. *Anatomiam et Physiologiam animalium domesticorum*, item doctrinam *de morbis eorum internis* docebit; Publice horis commodis *demonstrationes clinicas* in nosocomio veterinario habebit.

D. PEIPERS, Dr., privatim *Metaphysicam* docebit diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris hora VIII; publice *praecipuas philosophorum de voluntate doctrinas* enarrabit atque examinabit die Mercurii hora III.

IULIUS EDUARDUS REHNISCH, Dr., privatim *Logicam* docebit quaternis diebus, publice *Philosophiam post Kantium inter Germanos excultam* adumbrabit.

PAULUS HAUPT, Dr., scholas non habebit.

CAROLUS POLSTORFF, Dr., *Chemiae pharmaceuticae* partem organicam diebus Lunae, Martis, Iovis et Veneris h. IV—V tradet; *Nutrimenta depravata quomodo cognoscantur* diebus Veneris et Saturni h. VIII—IX exponet.

FRIDERICUS BECHTEL, Dr., publice *de ratione qua linguae quae vocantur indogermanicae sint comparandae* diebus Mercurii et Veneris hora VI—VII disseret; privatim *flexiones linguae Sanscritae, Graecae, Teutonicae* diebus Martis, Iovis, Veneris hora IX—X inter se comparabit.

CONR. LANGE, Dr., privatim *Historiam artis universalem* inde a saeculo XVI usque ad saeculum XIX tradet diebus Lunae et Iovis hora VI; publice *de Alberti Dureri vita et operibus* disseret die Veneris hora VI.

OTTO FREIBERG, gratis *de arte componendi* binis horis per hebd. disseret atque *artis symphoniacae exercitationes* instituet.

GUSTAVUS ROETHE, Dr., *historiam literarum theotiscarum* inde a primis initiis usque ad Martinum Lutherum narrabit quater per hebdomadem diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. III—IV; *carmina Wolframi de Eschenbach* interpretabitur ter p. hebd. diebus Martis, Iovis, Veneris h. VIII—IX; tironibus offert publice *exercitationes mesosaxonicas* die Mercurii h. III—IV; *exercitationes ad linguam literasque recentiores* spectantes publice moderabitur diebus Mercurii et Saturni h. VIII—IX.

* * *

GUSTAVUS SCHWEPPE, rei equestris magister, *Artem equitandi* docebit dd. Lunae, Martis, Iovis, Veneris et Saturni h. matutinis VIII—XII et horis pomeridianis excepto die Saturni III—IV.

EDUARDUS HILLE, Mus. Dir. Acad. et Prof., *Harmonicen et theoriam artis musicae* horis audituris commodis docebit. Praeterea ad Societates, quae *Singakademie* et *Orchesterspielverein* vocantur, invitat.

* * *

OTTO PETERS *artem delineandi* die Saturni h. II—IV publice, *pingendi* horis commodis privatim docebit.

d. *Privatim docentium.*

M. FESCA, Dr., scholas non habebit.

HUGO ANDRESEN, Dr., privatim *Fabulae apud Francogallos historiam* enarrabit et *veterem fabularum Aesopiarum translationem francogallicam, quae codice Lugdunensi continetur* interpretabitur diebus Lunae et Martis h. X—XI; in Seminario Romanensi *exercitationes provinciales* instituet die Lunae h. VI.

CAROLUS BUCHKA, Dr., *Chemiam physicam* diebus Merc. et Iovis h. XII tractabit.

I. BROCK, Dr., *Theoriam evolutionis necnon Darwinii ad eam spectantem doctrinam* publice exponet hora VI—VII die Iov.

OTTO HAMANN, Dr., *embryologiam comparatam animalium invertebratorum* diebus Iovis et Veneris h. V privatim tractabit; *de parasitis hominum* diebus Iovis et Veneris h. VI privatim disseret.

HUGO MEYER, Dr., in *historiam physicae mathematicae* introducet ter per hebdom.

RUDOLFUS LEUCKART, Dr., *Chemiae Benzolideorum* partem primam docebit ter per hebd. diebus Martis, Merc., Iovis h. VIII—IX.

P. IANNASCH, Dr., *Analysin volumetricam,* adiectis exercitationibus, diebus Lunae et Iovis h. XI—XII docebit.

IOANNES DE KAP-HERR, Dr., privatim *historiam populorum Germanicorum civitates condentium* enarrabit d. Mercurii h. IX—XI, d. Saturni h. IX—X; *exercitationes historicas* moderabitur privatissime sed gratis d. Iovis h. VI.

OTTO HÖLDER, Dr., *geometriam proiectivam* quater per hebd. h. XII docebit, *de determinantibus* disseret dd. Lunae et Martis h. IX.

ARTHURIUS SCHOENFLIES, Dr., *calculum integralem* docebit dd. Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. X; gratis *exercitationes de calculo integrali* moderabitur die Mercurii h. X.

TH. PFEIFFER, Dr., *de primis principiis chemiae* partem alteram exponet, dd. Iovis et Veneris h. X—XI; semel per hebd. *analysin chemicam* in usum agriculturae hora commoda tradet.

LUDOV. GATTERMANN, Dr., privatim bis per hebd. colloquium *de rebus chemicis* habebit.

HERMANNUS HENKING, Dr., *Osteologiam comparativam* bis per hebd. docebit.

PAULUS IACOBSON, Dr., *chemiae anorganicae theoriam* die Merc. h. V—VI docebit.

WALTER FRIEDENSBURG, Dr., scholas non habebit.

ALFR. KOCH, Dr., *De bacillorum natura* praecipue de fermentationibus semel per hebdomadem scholam instituet publice atque gratis.

FERD. HOLTHAUSEN, Dr., *Historiam litterarum Anglosaxonum* narrabit bis p. hebd.; *Linguae Anglicae medii aevi specimina selecta* interpretabitur bis p. hebd.; *Sweetii de lingua Anglica recentiori libellum* exponet et sodalium *exercitationes orthoëpicas* moderabitur semel p. hebd.

e. *Lectorum.*

ALCIDES EBRAY, lector francogallicae linguae, *de vita et operibus J. J. Rousseau* bis per hebd. disseret. In Seminario Romanensi *Exercitationes francogallicas* ter per hebd. instituet.

* * *

FRIDER. WEVER leget *de aedificiis rusticanis* die Martis h. VI—VIII.

HERM. KIRSTEIN, diriget *Exercitationes delineandi apparatus instrumentique chemici*, bis per hebd. h. VI—VIII.

V. ARTIUM EXERCITATIONES.

Musicam, artem delineandi, linguas et litteras cultissimorum Europae populorum etiam alii homines eruditi et periti tradent, scholarum illi suarum rationes et tempora loco consueto indicaturi. *saltandi* et *armorum tractandorum* artes magistri stipendiis regiis auctorati docebunt.

SCHOLAE EX ORDINE HORARUM DISCRIPTAE.

Hora.	O. THEOLOGORUM.	O. IURIS CONSULT.	O. MEDICORUM.	O. PHILOSOPHORUM.
8–9	Hist. eccles. saec. 1—6 (5) *Wagenmann*. Hist. eccl. med. aevi (5) *et* Hist. dogm. (Sat.) *Reuter*. Hist. reform. (3) *Mirbt*.	Ius eccles. (6) *Dove*. Pandect. part. I. (4) *Regelsberger*.	Anom. ocul. (Sat.) *Leber*. Pharmacogn. (4) *Marmé*. Clinic. obstet. (4) *Runge*. Chirurg. spec. (5) *Lohmeyer*.	Hist. Graeca (4) *Volquardsen*. Grammat. Sansc. II. et Panchat. (2) *Kielhorn*. Metaphys. (4) *Peipers*. Cognosc. nutrim. deprav. (2) *Polstorff*. Wolframi d. Esch. carm. (3) *et* Exerc. ling. lit. rec. (2) *Roethe*. Chem. Benzol. (3) *Leuckart*.
9–10	Evangelia I—III. (5) *Wiesinger*. Hist. eccl. (Sat.) *Reuter*. Hist. aevi apost. (3) *et* Semin. hom. (Sat.) *Knoke*. Evang. et epist. Iohannis (5) *Lünemann*.	Ius publ. german. (5) *Dove*. Pandect. part. I. (4) *Regelsberger*. Institut. iur. Rom. (5) *Merkel*.	Scholae clinic. (Sat.) *Ebstein*. Exerc. pract. chirurg. (6) *König*. Chemia medica (2) *Wolffhügel*.	Hermeneut. et crit. (4) *Sauppe*. Logic. (4) *Baumann*. Zool. spec. II. (4) *Ehlers*. Theor. funct. ellipt. (5) *et* Exerc. math. (Sat.) *Schwarz*. Hist. iur. publ. Germ. et Rom. (4) *Weiland*. Kalid. Çacunt. (2) *Kielhorn*. Prosem. philol. (Merc.) *de Wilamowitz*. Chemia (6) *V. Meyer*. Chem. organ. (4) *de Uslar*. Anat. et Physiol. anim. dom. (5) *Esser*. Flexiones ling. Sanscr. Graec. Teut. (3) *Bechtel*. Hist. pop. Germ. (2) *de Kap-herr*. Determin. (2) *Hoelder*.
10–11	Ethic. christ. (5) *Schultz*. Iesaia (5) *Duhm*.	Process. crim. (5) *Ziebarth*. Ius crimin. (5) *John*. Ius rom. hered. et famil. (4) *et* Gai. Instit. (Merc.) *Merkel*. Ius civ. Germ. (Sat.) *Goldschmidt*.	Physiol. exper. II. (6) *Meissner*. Schol. clinic. (6) *Ebstein*. Exerc. pract. chirurg. (6) *König*. Chemia medic. (2) *Wolffhügel*. Physiol. (6) *Herbst*.	Curs. zootom. (2) *Ehlers*. Exerc. archaeol. (Sat.) *Dilthey*. Exerc. cartogr. (Sat.) *Wagner*. Soc. philos. (Merc.) *G. E. Müller*. Palaeogr. Lat. (4) *Steindorff*. Lyric. Graec. (4) *et* Prosem. philol. (Merc.) *de Wilamowitz*. Theor. galvanismi (4) *et* Theor. caloris cap. sel. (Sat.) *Voigt*. Astron. sphaer. (4) *et* Catalog. fixarum (Sat.) *Schur*. Demonstr. botan. (Merc.) *Peter*. Hist. Ital. (4) *Th. Wüstenfeld*. Chem. applic. ad agric. (3) *Tollens*. Fabul. Francogall. (2) *Andresen*. Hist. pop. Germ. (Merc.) *de Kap-herr*. Calcul. integr. (4) *et* Exerc. de eodem (Merc.) *Schoenflies*. Princip. chem. II. (2) *Pfeiffer*.
11–12	Paul. ad Rom. (5) *Ritschl*. Hist. dogm. saec. 1—12 (5) *Reuter*. Genesis (5) *Schultz*.	Ius civ. Bor. (5) *Ziebarth*. Hist. iur. Germ. (4) *Frensdorff*. Process. civ. (5) *de Bar*. Ius civ. Germ. (Sat.) *Goldschmidt*.	Schol. clinic. (5) *Ebstein*. Exerc. policlin. chirurg. (Sat.) *Rosenbach*. Osteol. et Syndesmol. (3) *Barfurth*.	Semin. philol. (5) *Sauppe et W. Meyer*. Semin. paedag. (2) *Sauppe*. Systemata agric. (2) *Griepenkerl*. Ling. arab. elem. (4) *de Lagarde*. Anim. dom. nutrit. II. (2) *et* Pabuli comput. rat. (Merc.) *Henneberg*. Curs. zootom. (2) *Ehlers*. Lin. curv. dupl. curvat. (4) *Schwarz*. Exerc. archaeol. (Sat.) *Dilthey*. Geogr. gen. II. (5) *Wagner*. Exerc. francogall. (2) *Vollmöller*. Exerc. diplom. (Merc.) *Steindorff*. Funct. Abel. (Merc.) *et* Exerc. de eisdem (Sat.) *Klein*. Exerc. miner. petrogr. (Sat.) *Liebisch*. Gramm. hist. ling. anglic. (4) *Brandl*. Demonstr. botan. (Merc.) *Peter*. Analysis volumetr. (2) *Jannasch*.

Hora.	O. THEOLOGORUM.	O. IURIS CONSULT.	O. MEDICORUM.	O. PHILOSOPHORUM.
12–1	Theol. dogm. part. I (5) *Ritschl.*	Ius Rom. de rebus (4) *de Ihering.* Ius administr. civit. Germ. (3) *Frensdorff.* Ius gentium (2) *de Bar.* Ius rom. de ordine ind. priv. (2) *Goldschmidt.*	Exerc. ophthalm. clin. (4) *Leber.* Pathol. gener. (4) *et* Aetiol. gen. (Merc.) *Orth.* Anatom. c. h. I (6) *Merkel.* Exerc. laryngosc. (Sat.) *Damsch.* Exerc. otiatr. (6) *Bürkner.* Exerc. ophthalmosc. (2) *Wagenmann.*	Explic. art. oper. (Sat.) *et* Symbol. et attrib. Graec. (4) *Wieseler.* Doctr. de oper. rust. (6) *Drechsler.* Eleg. Roman. hist. et Propert. (3) *Dilthey.* Hist. lit. francog. med. aevi. I. (4) *Vollmöller.* Exerc. diplom. (Merc.) *Steindorff.* Form. verb. Germ. (3) *Heyne.* Aequat. differ. part. (4) *et* Funct. Abel. (Merc.) *et* Exerc. de eisdem (Sat.) *Klein.* Mineralogia (4) *et* Crystallogr. (2) *Liebisch.* Anat. et hist. evolut. plant. (3) *Berthold.* Chemia physica (2) *Buchka.* Geometr. proiect. (4) *Hoelder.*
2–3	Sem. catech. (Merc.) *Wiesinger et* (Sat.) *Knoke.*		Demonst. path. anat. (2) *Orth.* Anat. topogr. (3) *Merkel.* Ars form. med. concinn. (Lun.) *Husemann.* Morbi aurium (2) *Bürkner.* Anatom. cerebri (Lun.) *Barfurth*	Semin. math. phys. (Iov.) *Riecke.* Labor. phys. (2) *Riecke et Voigt.*
3–4		Hist. iur. Rom. (3) *Regelsberger.* Ius commerc. camb. marit. (5) *Ehrenberg.* Ius rom. hered. (5) *Wolff.*	Toxicol. pract. II. (2) *Marmé.* Demonstr. path. anat. (2) *Orth.* Pharmacol. univ. (5) *Husemann.*	Labor. phys. (2) *Riecke et Voigt.* Oecon. pol. part. pract. (4) *Lexis.* Distrib. geogr. plant. (2) *Peter.* Chem. pharmac. (4) *de Uslar.* Doctr. philos. de volunt. (Merc.) *Peipers.* Hist. lit. theol. (4) *et* Exerc. meso-sax. (Merc.) *Roethe.*
4–5	Hist. dogm. aevi med. rec. (4) *Wagenmann.* Introduct. vet. test. (4) *Duhm.* Introduct. nov. test. (5) *Weiss.*	Ius agrarium (Merc.) *Ziebarth.* Ius priv. Germ. et feud. (5) *Ehrenberg.*	Schol. psychiatr. (2) *L. Meyer.* Pathol. et Therap. spec. (4) *Ebstein.* Operat. obstetr. (3) *et* de morbis mul. (2) *Runge.* Doctr. operat. chirurg. (3) *et* Exerc. diagn. chir. (2) *Rosenbach.*	Introd. mechan. analyt. (4) *et* Sem. math. phys. (Merc.) *Schering.* Psychol. (4) *G. E. Müller.* Hist. med. aevi et reform. (4) *Kluckhohn.* Plutarch. VII sap. conv. (4) *de Wilamowitz.* Oecon. part. gener. (4) *Cohn.* Chem. pharmat. organ. (4) *Polstorff.*
5–6	Theol. pract. system. (5) *Knoke.* Hist. canonis (Lun.) *Weiss.*	Ius agrarium (Merc.) *Ziebarth.* Exerc. proc. civ. (Mart.) *John.* Exerc. in Dig. (Lun.) *Merkel.*	Schola psychiatr. (2) *L. Meyer.* Methodi phys. disquis. clin. (3) *et* Morbi infant. (Mart.) *Damsch.* Exerc. microsc. (2) *Barfurth.*	Res pecuar. (4) *et* Anim. dom. variet. (Merc.) *Griepenkerl.* Observ. magnet. (Merc.) *Schering.* Philos. rec. hist. (4) *Baumann.* Physic. exper. II. (4) *Riecke.* Hist. poes. dramat. Germ. (3) *Heyne.* Redit. publ. doctr. (4) *et* Semin. polit. (Merc.) *Cohn.* Hist. script. Rom. (4) *W. Meyer.* Hist. art. impress. s. XV (2) *Dziatzko.* Quaest. oecon. (Merc.) *Mithoff.* Calcul. chem. (Iov.) *Tollens.* Embryol. anim. invertebr. (2) *Hamann.* Theor. chem. anorg. (Merc.) *Jacobson.*
6–7	Semin. theol. exercit.: exeg. (Lun.) *Wiesinger,* hist. (Mart.) *Wagenmann,* system. (Ven.) *Ritschl,* exeg. (Iov.) *Schultz.* Artic. Smalc. (Merc.) *Mirbt.*	Exerc. proc. civ. (Mart.) *John.* Exerc. in Dig. (Lun.) *Merkel.* Pandect. disput. (4) *Goldschmidt.*	Pharmacol. et ars form. conc. (3) *Marmé.* Exerc. histol. patholog. (2) *Orth.* Hygien experim. I. (3) *Wolffhügel.* Morbi infant. (2) *Damsch.* Exerc. microsc. (2) *Barfurth.*	Anim. dom. variet. (Merc.) *Griepenkerl.* Observ. magnet. (Merc.) *Schering.* Anthropol. (3) *Ehlers.* Exerc. histor.: (Mart.) *Volquardsen,* (Ven.) *Weiland,* (Lun.) *Kluckhohn,* (Iov.) *Kap-herr.* Semin. polit. (Merc.) *Cohn.* Semin. angl. (Mart.) *Brandl.* Morpbol. et dispos. plant. crypt. (3) *Peter.* Ling. indogerm. compar. (2) *Bechtel.* Hist. art. saec. XVI—XIX (2) *et* Alb. Durer (Ven.) *Lange.* Semin. Roman. (Lun.) *Andresen.* Theor. evolut. (Iov.) *Brock.* Parasit. homin. (2) *Hamann.* Aedif. rustic. (Mart.) *Wever.* Exerc. delin. appar. chem. (2) *Kirstein.*
7–8	Semin. theol. exeg. (Lun.) *Wiesinger et* (Iov.) *Schultz.*		Exerc. histol. pathol. (2) *Orth.*	Semin. Anglic. (Mart.) *Brandl.* Aedif. rustic. (Mart.) *Wever.* Exercit. delin. appar. chem. (2) *Kirstein.*
8–9				Semin. phys. math. (Ven.) *Schur.*

Scholae, quarum horae non indicatae erant, in hoc conspectu commemorari non potuerunt.

